This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Esa 110.344

WIDENER LIBRARY
HX JTVK K

ol

FROM
THE LIBRARY
OF
JOHN WILLIAMS
WHITE

A GIFT TO
HARVARD COLLEGE
LIBRARY

TRANSFERRED TO THE
LIBRARY OF THE
CLASSICAL DEPARTMENT

ARISTOPHANIS
AVES
GRAECE

RECENSVIT

ET

PERPETVA ADNOTATIONE

ILLVSTRAVIT

CHRISTIANVS DANIEL BECK

PHILOS. D. ET PROF. EXTR. LIPS

LIPSIAE

SVMTV SIEGFR. LEBR. CRVSII

CIƆIƆCCLXXXII.

Ga 110.344

HARVARD COLLEGE LIBRARY
AUGUST 1, 1919
FROM THE LIBRARY OF
JOHN WILLIAMS WHITE

Transferred to
Classical Library
Ga 110.344

PERILLVSTRI VIRO

FRIDERICO GOTTLOB A BERLEPSCH

SENATVS SACRI SVPREMI DRESDENSIS

PRAESIDI GRAVISSIMO, REL.

PATRONO INDVLGENTISSIMO

PERILLVSTRIS DOMINE

Adſpice, qua cunctos ſolaris, fronte ſerena!

Audet adire TVVM limen Ariſtophanes.

Ille meus quamuis cultu non ſplendeat vllo,

Gratia nec formae nec decus inſideat:

At mentis tamen interpres gratiſſimus eſſe

Et pietate poteſt forte placere ſua.

Sed tu, parue liber, cui blandas tangere palmas
Continget, Domino dic pia verba meo.
Dic, noſtras Muſas nil maius poſcere numen,
Quam fluat vt curſu ſoſpite vita VIRO,
Vtque diu laetae poſſint cantare Camenae
Tutoremque ſui praeſidiumque chori.
Me vero vt numeris felicibus inſerat, ora,
Quos fert ſublimes ILLIVS aura fauens.

Quaedam de conſilio et ingenio huius fabulae [1]), deque noſtrae editionis ratione.

Sunt duo fabulae loci [2]), qui, quodnam potiſſimum tenere conſilium poeta voluerit, omnium optime doceant. Nam, quod putabat Vir doctus Lipſienſis, reſpici a poëta Deceleam, Athenis propinquam, quae tum a Spartanis occupata erat et munita, auctore Alcibiade, Piſthetaerum vero reſpondere Alcibiadi, per Epopem autem et aues mores Spartanorum indicari, id partim non video, quam vim habeat, et quomodo illa Deceleae occupatio potuerit Comice tractari, atque dici, Athenienſes Deceleam migrare, partim multis fabulae locis [3]), et, quod maximum eſt, tempo-

1) Nec volui, nec licuit vel per ipſius opuſculi, vel per mei etiam temporis rationem, copioſe omnia hic proponere, quae ad fabulae huius indolem et cognoſcendam et diiudicandam pertinent. Sufficiebat, quaedam monuiſſe, quae lectionem Comoediae ipſam et iudicium de ea adiuuare poſſent, et, quae plura diſputari poterant, quaeque dicere in vniuerſum de ingenio Ariſtophanis olim conſtitueram, differre in aliud tempus, et aptius, et magis a laboribus vacuum. Legi vero, quae de noſtra fabula breuiter expoſuerunt cum Cl. *Clodius* (Verſuche aus der Litter. vnd Moral, T. II. pag. 238. ſſ.) tum *Boivinus* iunior (Diſcours pour ſervir de Préface à une traduction de la Comédie des Oiſeaux d'Ariſtophane, Mém. de l'Acad. des Inſcriptions de Paris. T. IV. p. 549. ſſ.).

2) V. 30-45. et 124.

3) Vt v. 1281.

4) Vid.

rum rationi repugnat. Etenim ſi verum eſt, quod Schol. tradit, fabulam actam eſſe archonte Chabria, h. e. Ol. 91, a. 2., non potuit ea rem allegorice ſignificare, quae anno poſt euenit, archonte Piſandro [4]). Eſſe autem fabulam ſtatim, poſtquam miſſa in Siciliam erat Athenienſium claſſis, ſcriptam, patet ex eo, quod nullius cladis Athenienſium in illo Siculo bello acceptae meminit poeta, ſed tantum cunctationem Niciae in ſuſcipiendo bello tangit [5]) et nauem commmemorat, quae ſequebatur claſſem Athenienſium, et Alcibiadem redire iubebat [6]). Denique, pace Viri Clariſſimi dixerim, non adibat famis periculum Athenarum vrbs, quamuis Decelea per Spartanos occupata, niſi mari etiam commeatu prohiberetur [7]), neque adeo huc trahi poteſt λιμὸς Μήλιος, quo deos ſe perditurum dixit Piſthetaerus [8]).

Ex illis vero locis, quos antea dixi, apparere credo, poetam voluiſſe omnem omnino Athenienſium vitam cum publicam tum priuatam, non ſingula quaedam vitia, notare, et monere, non poſſe in ea, quae tum erat rerum conditio, vitam Athenis laetam agi et quietam, igitur opus eſſe mutatione for-

4) Vid. Thucyd. 7, 19. Diod. Sic. 13, 9.

5) Verbo μελλονικιᾷν. Vid. Thuc. 6, 9. ſſ.

6) V. 147. cf. Diod. l. 13, 2. ſſ. Alias quoque res memorauit, quae paullo ante euenerant, vt expugnationem Meli, damnationem Diagorae, non autem, quae poſtea acciderunt.

7) Neque etiam prius captae ſunt Athenae, quam, cum Lyſandri claſſis aduenißet, atque adeo mari et terra vrbs oppugnaretur.

8) V. 186. et alibi.

9) Quo

mae ciuitatis, adminiſtrationis eius, virorum, qui rempublicam domi et foris gerebant, iurisdictionis, religionis per poetarum figmenta et ſomnia quorundam philoſophorum [9]) mirum in modum deprauatae [10]), morum denique et vitae rationis. Itaque poeta debebat etiam legere argumentum fabulae non valde implicitum, cuius ſimplicitas locum concederet multis epiſodiis, quo plura poſſent vitiorum et conſuetudinum prauarum, et ineptiarum, et hominum ineptorum atque ſceleſtorum, genera in ſcenam produci. Hinc primaria fabulae noſtrae actio non eſt multiplex et diffuſa, ſed breuis et conciſa, ea autem, quae adiecit auctor, adeo multa et varia ſunt, vt paene abducant lectorem ab ipſo argumento. Iam igitur hoc ſimpliciter tractaturus erat, eſſe aliam vrbem condendam Athenienſibus, quoniam antiqua illa non amplius placere poſſit, h. e. mutare hanc. Comici eſt, conſiliorum grauitatem temperare verborum facetiis. Itaque noſter finxit,

9) Quo pertinet inprimis locus v. 690. ſſ. quem locum miror, etiam *Clodium, claſſicum* in Mythologia cenſere potuiſſe. Vid. Not.

10) Saepe equidem miratus ſum, quomodo Noſter cum in aliis, tum in hac inprimis fabula, multis locis, praecipue ſub exitum fabulae, potuerit impune ridere deos Graecorum atque adeo religionem ciuitatis publicam; nec aliam video rei cauſam, quam quod tantum poetarum, praeſertim Tragicorum, mythologiam tangat, et quod plebs Attica iam ita exculta fuerit, vt ipſa rideret fictiones illas. Quae quidem ipſae poterant facile religionem omnem ex animis tollere. Itaque debebat plebs, etiam per Comicum ſuo modo, h. e. irridendo, auocari ab illis fabulis ad veriorem de numine ſententiam. Nam profecto religionis ſcientia cum reliqua rationis cultura aequis paſſibus procedere debet!

duo Athenienſes velle vrbem exſtruere inter aues, cum quibus colloquuntur. In his vſus eſt vetere illa et ſatis vſitata conſuetudine plebem per fabulas ab animalibus deſumtas regendi, quae ne tum quidem prorſus inepta erat [11]). Sed habebat et hic occaſionem notandi Tragicos [12]), quibus natura ſua inimicus fuiſſe Ariſtophanes videtur. Athenienſes duo adeunt concionem auium, a qua recipi cupiunt, et primo quidem repudiati, mox, vbi docuerant, quanta olim auium poteſtas fuerit et quomodo, ipſorum ope, illa recuperari poſſit, hominibus imperari et ab illis coli, recipiuntur. Tum hominibus ſuadetur, vt aues, non Olympicos deos, colant, commoda vitae auium commemorantur, vrbs noua exſtruitur, ſacratur, frequentari hominibus dicitur, et dii prohibentur aditu atque ſacrificiis in terra factis. Itaque Iupiter tandem, ne fame dii pereant, tradere imperium auibus cogitur. Hoc eſt ſimplex argumentum; reliqua omnia aut ad illud exornandum pertinent, aut continent epiſodia, quae per ſe non ſatis nexa videntur cum primaria fabulae parte, ſed apta ſunt, quia poetae conſilio reſpondent, qui quidem poterat ſic riſui exponere varios variorum hominum mores, philoſophorum, poetarum, inprimis eorum, qui, quauis data occaſione, verſus lucri cauſa conſcriberent, ducum Athenienſium, oſtentatorum, mollium et delicatulorum hominum, ſycophantarum, alio-

11) Vid. Cl. Meiners Geſchichte des Vrſpr. der Wiſſenſch. T. I. p. 73. ſ.
12) V. 100. et alibi.

13) Hinc

rum plurium. Quod quidem ita fecit, vt nunc nominaret quoſdam, nunc alio modo cognoſcendos redderet [13]), ſemper autem orationem ſuam plebis ingenio accommodaret. In quo quidem vehementer erraſſe puto illos, cum veterum [14]), tum recentiorum, qui propter obſcoenitatem, turpitudinem, ruſticitatem, improbitatem, Noſtrum reprehenderunt, quaſi vero non is, qui emendare democraticae ciuitatis vitia velit, plebem mouere debeat, et, vt moueat atque delectet, ingenio eius inſeruire cogatur, et quaſi eum, qui mores plebeios pingit, non ita pingere oporteat, vt ſunt [15]) turpes et improbi et mali! Non nego, interdum, ſed rarius tamen, facetias poetae eſſe plebeias et ineptas [16]), ſed quomodo eae non excidere poterant homini, qui in ſtudio plebeiorum ingeniorum et conſuetudine cum iis conſenuiſſe videtur? Eſt etiam duplex Comoediae genus, alterum nobilius illud et liberalius, alterum vilius magisque abiectum; in quoque qui excellit, ſi excellit, laudandus eſt, nec poteſt quis ipſe eligere tale genus, quod aetati et temporibus non aptum ſit. Et vt noſtra aetate Comoedia Ariſtophanea ſibilis omnium explodenda eſſet, ſic tum non poterat alio, quam quo

13) Hinc multos locos ne intelligimus quidem nunc, quod aut homines nominati ignoti ſunt, aut ſpectatores ex adſpectu intelligere poterant, quid ſibi vellet poeta. Conf. Markland. ad Eur. Suppl. 32.

14) In his eſt inprimis, cuius habemus ſub Plutarchi nomine Ἐπιτομὴν τῆς συγκρίσεως Μενάνδρου καὶ Ἀριστοφάνους Opp. Plut. T. II. p. 853. ſſ. Nec ea ſuffecerunt mihi, quae ad excuſandum Ariſtophanem ſcripſit *Sulzerus* Theor. Art. V. Ariſtophanes.

15) Nam omnino, qui apud Noſtrum obſcoena ac turpia dicunt, ſunt ex infima plebe.

16) Vt v. 1529.

17) Conf.

vſus eſt, per hominum et temporum naturam genere vti Comicus [17]).

In edenda autem hac fabula ita verſatus ſum, vt verba Comici, quoniam Codicibus et ſcriptis et editis antiquis carebam, emendarem ope ingenii, legum et metri et linguae et ſenſus, denique coniecturarum Virorum doctorum adiutus. Mutaui texta ſaepius, quam ſuperſtitioſis placebit Criticis, ſed nolueram apertis vitiis impediri fabulae lectionem. Quod ſi vti licuiſſet copiis *Brunckii*, Summi Viri, cuius fauoris in me documentis egregiis ſuperbio, ornatiores et ſaniores prodituræ eſſent Aues; ſed illius Summi Viri editio nondum vendebatur, abſoluta iam mea. Scholia adieci metrica, vt ii humaniſſimi Viri, qui me interpretantem nuper publicis lectionibus hanc fabulam audirent, cognoſcerent etiam metrum; e reliquis Scholiis pauca ſelegi, quod caetera aut nimis multis verbis perſcripta, aut inepta [18]) plerumque eſſent; notis autem meis cum verba ſingula tum omnem orationem copioſius explicare ſtudui, ita vt fabula facillime a quolibet intelligi poſſet. Omitto reliqua, quae dici poſſent, et commendo hanc opellam humanitati idoneorum iudicum, quam et olim expertus ſum, et nunc cum maxime ſpero.

17) Conf. Ariſtidis Orat. de non agendis Comoediis T. I. Iebb. p. 504.

18) Nam didici, Scholiaſtas veteres multas ſaepe finxiſſe cum verborum Graecorum ſignificationes, tum hiſtorias. Cf. et Cl. Gedike Comm. de Dialectis Graecis (im Berlin. Magazin P. II. p. 10. a. 1782.)

ARISTO-

ARGVMENTA FABVLAE.

Δύο πρεσβῦται Ἀθηναίων Πεισθέταιρος καὶ Εὔελπις τὴν συκοφαντίαν φεύγοντες τὴν Ἀθήνησι, μετανίστασθαι δοκιμάζουσι, καὶ κολοιὸν καὶ κορώνην πριάμενοι, παραγίνονται πρὸς ὄρνιθας, τῆς παρ᾽ αὐτοῖς ἐπιθυμοῦντες διαγωγῆς. οἱ δὲ ὄρνιθες τὸ μὲν πρῶτον ἀρνεῖσθαί φασιν, εἰ μετὰ ἀνθρώπων πολεμίων ὄντων οἰκήσουσι· μαθόντες δὲ ὕστερον, ἃ ὠφεληθήσονται, συγχωροῦσι μένειν αὐτούς· οἱ δὲ πόλιν κτίσαντες ἐν τῷ ἀέρι, Νεφελοκοκκυγίαν ὠνόμασαν· ἀλλ᾽ οὐδὲ ταύτην ἀνενόχλητον ἐῶσιν οἱ Ἀθηναῖοι· μάντεις γὰρ καὶ χρησμολόγοι φοιτῶσι, λαβεῖν τι βουλόμενοι, ἐν οἷς καὶ Μέτων· οὗτοι δὲ πάντες ἀποπέμπονται ἄπρακτοι· τελευταῖον δὲ καὶ θεοὶ, διὰ τὸ μὴ ἐᾶσθαι τὸν καπνὸν τῶν ἱερείων ἀνιέναι, λιμῷ φθειρόμενοι, πρεσβεύονται πρὸς τοὺς ὄρνιθας. Ὁ δὲ σκοπὸς τοῦ δράματος, διασῦραι πάλιν τοὺς Ἀθηναίους, ὡς φιλοδίκους. ἡ δὲ σκηνὴ ἐν πέτραις καὶ ὀρνέοις. ἐγράφη δὲ μετὰ τὸν Ἀλκιβιάδην ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας νεὼς μεταπεμφθῆναι, διὰ τὴν περικοπὴν τῶν Ἑρμῶν, καὶ φυγεῖν εἰς Λακεδαίμονα.

Ἄλλως.

Δύο εἰσὶν Ἀθήνηθεν ἐκκεχωρηκότες πρεσβῦται διὰ τὰς δίκας. πορεύονται δὲ πρὸς τὸν Τηρέα Ἔποπα γενόμενον, πευσόμενοι παρ᾽ αὐτοῦ, ποία πόλις ἐστὶν εἰς κατοικισμὸν βελτίστη. χρῶνται δὲ τοῖς ὁδοῦ καθηγεμόσιν ὀρνέοις· ὁ μὲν κορώνη, ὁ δὲ κολοιῷ. ὀνομάζονται δὲ ὁ μὲν Πεισθέταιρος, ὁ δὲ Εὐελπίδης· ὃς καὶ πρότερος ἄρχεται. Ἡ σκηνὴ ἐν Ἀθήναις. τὸ δρᾶμα τοῦτο τῶν ἄγαν δυνατῶς πεποιημένων, ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου Ἄρχοντος *) εἰς ἄστυ, διὰ Καλλιστράτου· ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς· τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. ἔστι δὲ λέ **).

Ἄλλως.

Τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας τὸ μέγιστον ἦν κλέος, αὐτόχθοσι γενέσθαι, φιλοτιμία πρώτη, τὸ μηδεμιᾶς πόλεως φανείσης αὐτὴν πρῶτον ἀναβλαστῆσαι. ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ὑπὸ προεστώτων πονηρῶν καὶ πολιτῶν δυσχερῶν ἀνετέτραπτο, καὶ διωρθοῦτο πάλιν. ἐπὶ οὖν τοῦ Δεκελεικοῦ πολέμου, πονηρῶν

*) h. e. Olymp. 91, a. 2.

**) Quae hic ſequebantur de cladibus Athenienſium, omiſi, quia non tum, ſed aliquanto ſerius, acciderunt, et videtur ea inſcius monachus, non ipſe argumenti auctor, adieciſſe.

ρῶν τινῶν τὰ πράγματα ἐγχειρισθέντων, ἐπισφαλὴς γέγονεν ἡ παρ' αὐτοῖς κατάστασις. καὶ ἐν μὲν ἄλλαις δράμασι, διὰ τῆς κομικῆς ἀδείας ἤλεγχεν Ἀριστοφάνης τοὺς κακῶς πολιτευομένους, φανερῶς μὲν οὐδαμῶς (οὐ γὰρ ἐπὶ τούτου ἦν ἐκκλησία), λεληθότως δὲ, ὅσον ἀνῆκεν ἀπὸ κωμῳδίας προσηκούειν. ἐν δὲ τοῖς Ὄρνισι καὶ μέγα τι διανενόηται. Ὡς γὰρ ἀδιόρθωτον ἤδη νόσον τῆς πολιτείας νοσούσης, καὶ διεφθαρμένης ὑπὸ τῶν προεστώτων, ἄλλην τινὰ πολιτείαν αἰνίττεται, καὶ προεστῶτας ἑτέρους, ὡσανεὶ τῶν ὄντων κακῶν καθεστώτων. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα ὅλον καὶ τὴν φύσιν, εἰ δέοι, συμβουλεύει μετατίθεσθαι πρὸς τὸ ἠρεμαίως βιοῦν. καὶ ἡμῖν ἀπότασις αὐτη. Τὰ δὲ κατὰ θεῶν βλάσφημα ἐπιτηδείως ᾠκονόμηται. καινῶν γάρ φησι τὴν πόλιν προσδεῖσθαι θεῶν, ἀφροντισούντων τῆς κατοικίας τῶν Ἀθηναίων τῶν ὄντων, καὶ παντελῶς ἠλλοτριωκότων ἑαυτοὺς τῆς χώρας. Ἀλλ' ὁ μὲν καθόλου στίχος τοιοῦτος ἕκαστος δὲ τῶν κατὰ μέρος, οὐκ εἰκῇ, ἀλλ' ἄντικρυς Ἀθηναίων καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐγχειριζομένων τὰ κοινὰ ἐλέγχει τὴν φαύλην διάθεσιν, ἐπιθυμίαν ἐγκατασπείρων τοῖς ἀκούουσιν, ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐνεστώσης μοχθηρᾶς πολιτείας. ὑποτίθεται γὰρ περὶ τὸν ἀέρα πόλιν τῆς γῆς ἁπάσης ἀπαλλάσσων· ἀλλὰ καὶ βουλὰς καὶ συνόδους ὀρνίθων, ταῖς Ἀθηναίων δυσχεραίνων. ἀλλὰ καὶ ὅσα παίζει, Ἐπίσκοπον ἢ Ψηφισματογράφον, ἢ τοὺς λοιποὺς εἰσάγων, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ γυμνοῖ τὰς ἁπάντων προαιρέσεις, ὡς αἰσχροκερδείας ἕνεκεν χρηματίζοντας. Εἶθ' ὕστερον καὶ τοὺς θεοὺς εἰς ἀπονοησίαν κωμῳδεῖ, τὰ δὲ ὀνόματα τῶν γερόντων πεποίηται, ὡς εἰ πεποιθοίη ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, καὶ ἐλπίζοι ἔσεσθαι ἐν βελτίοσι. τινὲς δέ φασι τὸν ποιητὴν τὰς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τερατολογίας διελέγχειν. ἐν δὲ τοῖς νῦν τὴν τῆς Γιγαντομαχίας συμπλοκὴν ἕωλον ἀποφαίνων, ὄρνισιν ἔδωκε διαφέρεσθαι πρὸς θεοὺς περὶ τῆς ἀρχῆς. Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ, διὰ Καλλίου (Καλλιστράτου). εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου· λάβοι δ' ἄν τις τοὺς χρόνους ἐκ τῶν πέρυσι γενομένων ἐπὶ Ἀριμνήστου τοῦ πρὸ Χαβρίου. Ἀθηναῖοι γὰρ πέμπουσι τὴν Σαλαμινίαν, Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι ἐπὶ κρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως. ὁ δὲ ἄχρι μὲν Θουρίου εἵπετο τοῖς μεθήκουσιν. ἐκεῖθεν δὲ δρασμὸν ποιησάμενος εἰς Πελοπόννησον ἐπεραιώθη. τῆς δὲ μετακλήσεως μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης, ἀποκρύπτων μὲν τὸ ὄνομα, τὸ δὲ πρᾶγμα δηλῶν, ἐν οἷς γέ φησι, Μηδαμῶς ἡμῖν παρὰ θάλασσαν, ἵνα ἀνακύψεται κλητῆρα ἄγουσα ἔσωθεν ἡ Σαλαμινία.

ARISTO-

ARISTOPHANIS AVES.

ΕΥΕΛΠΙΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ.

Ευ. Ὀρθὴν κελεύεις, ἣ τὸ δένδρον φαίνεται;
Πει. Διαῤῥαγείης· ἥδε δ' αὖ κρώζει πάλιν.
Ευ. Τί, ὦ πόνηρ', ἄνω κάτω πλανύττομεν;
Ἀπολούμεθ', ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορουμένω.

1. Euelpis alloquitur graculum, quem manu geſtabat, vt Piſthetaerus cornicem. Cognoſcere ex his auibus volebant, vbi eſſet Epops. Pertinet huc haud dubie gloſſa Heſ. Ὀρθήν· τὸ ὀρθὴν ἀπιέναι. Nam ſubintelligi hic debet ὁδὸν ἰέναι, quod ſaepe omittitur, ab iratis inprimis. v. Weſſ. ad D. S. II. p. 349, 4.

1. ἡ εἴσθεσις τοῦ παρόντος δράματος εὐθὺς ἐξ ἀμοιβαίων ἄρχεται προσώπων. οἱ δὲ στίχοι εἰσὶν ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι στή. ὧν τελευταῖος·

Εἴσβαινε κἀνέγειρε τὴν ἀηδόνα.
Ἐν εἰσθέσει δὲ μετὰ τὸν ρξά στίχον κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον βραχυκατάληκτον. καὶ μετὰ τὸν ρλγ´ ἕτερον ὅμοιον μονόμετρον ἀκατάληκτον. ἐπὶ τῷ τέλει διπλῆ ἔξω νενευκυῖα.

2. Διαῤῥαγείης *pereas cum tua aui.* — πάλιν eſt εἰς τοὐπίσω, nempe ἔρχεσθαι. De hac adverbii πάλιν vi v. Valck. ad Eur. Phoen. 1410. Markl. ad Suppl. 460. Schol. Hom. Il. N, 3. Reſtituendum illud Aeſchini de f. leg. p. 197. Reiſk. vbi e cod. Harl. ſcribendum ἐπανῆλθεν πάλιν δεῦρο. Vulgo πάλιν deeſt, et per ſe poterat omitti, vt et h. l. Sed ſolet addi particulis aliis idem valentibus. v. Aeſch. Socr. 2, 15.

3. ἄνω κάτω πλανύττομεν. Eſt Ouidianum (Met. 14, 680.) *toto* paſſim *vagus* errat *in orbe.* Simillime Plato Hipp. min. extr. ἐγὼ περὶ ταῦτα (in diſquiſitione ſuper ea re) ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι.

4. ἄλλως ad προφορουμ. referendum, et valet i. q. μάτην. Vid. Duck. ad Thuc. p. 260, 28. Ruhnken. ad Tim. p. 147. Προφορεῖσθαι Atticis valuit διάζεσθαι, filum huc illuc ducere, lanas ducere et ſtamina pollice verſare (Ov. Met. 4, 34). Verbum non exſtat, quantum ſciam, niſi h. l., vbi valet δεῦρο κἀκεῖσε πορεύεσθαι (v. L. Bos Obſſ. Critt. p. 86), ſed adnotatum eſt a Grammaticis, Suid. Heſ. (vbi male προφερεῖσθαι) et Poll. 7, 32. — Gregorius Cor. de Dial. p. 29. laudat ex Ariſtoph. haec: μάτην ἄρα τὴν ὁδὸν ἀνύτομεν, quae ſi ex hac fabula ſumta ſint, videntur explicationi Grammatici deberi.

Πει. Τὸ δ' ἐμὲ κορώνη πειθόμενον τὸν ἄθλιον,
Ὁδὸ̃ περιελθεῖν ϛάδια πλεῖν, ἢ χίλια.
Ευ. Τὸ δ' ἐμὲ κολοιῷ πειθόμενον τὸν δύσμορον
Ἀποσποδῆσαι τὰς ὄνυχας τῶν δακτύλων.
Πει. Ἀλλ' ὐδὲ, ποῖ γῆς ἐσμὲν, οἶδ' ἔγωγ' ἔτι.
Ευ. Ἐντευθενὶ τὴν πατρίδ' ἂν ἐξεύροις σύ πȣ;
Οὐδ' ἂν μὰ Δία γ' ἐντεῦθεν Ἐξηκεϛίδης.
Ευ. Οἴμοι. Πει. Σὺ μὲν, ὦ τᾶν, τὴν ὁδὸν ταύτην ἴθι.
Ευ. Ἦ δεινὰ νῷ δέδρακεν οὐκ τῶν ὀρνέων,
Ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν,

7. Poſt τὸ δ' ἐμὲ intelligitur ὐκ εὔηθες, vel ſimile quid. vid. Schol. Cf. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 46. Caeterum ſunt haec ſingula ex vita communi explicanda.

8. Ἀποσποδῆσαι eſt ἀφανίσαι. v. Schol. et Suid. vbi duplex huius ſignificationis cauſſa affertur. Referendum hoc verbum puto ad ipſum Euelpin, qui ſibi prae ſollicitudine vngues momorderit. Nam ſi de auibus eſſet, ut v. 26, deberet Paſſiuum legi.

9. Daweſius M. Crit. p. 293. conſuetam vim particularum ποῖ et ὅποι (de qua Tho. M. p. 652. ſ.) ſecutus, hic iubet πȣ̃, et v. 45. ὅπȣ legi. Docte repugnauit Dorvill. ad Char. p. 114. docuitque, has particulas ita inter ſe permutari, vt, quid vſus permiſerit, certo dici nequeat. Quin etiam Moeris p. 317. obſeruauit, Attice ποῖ pro πȣ̃ poni. Add. Valck. ad Amm. p. 113. et 121.

11. Ἐντεῦθεν pro ἐνταῦθα *eo loco, vbi ſumus.* — Schol. et Suid., apud quem intercidit verſus Ariſt. hic, putant, Execeſtiden notari a Comico, vt erroneum et peregrinum, quod peregrinis melius ſaepe notae ſint viae, quam indigenis. Sed quum alibi notetur vt homo barbarus, qui tamen voluerit vbique indigena eſſe, inprimis Athenis (v. v. 763. 1525.), illuc etiam hic reſpici puto.

12. ὁδὸν ταύτην. Bergl. intelligit, eam, vbi οἴμοι clamandum eſt; quod non neceſſarium.

13. Heſ. Ὄρνεα, ὀρνεοπωλεῖα, καὶ πετεινὰ, καὶ τόπος. Ludit enim Comicus in vocibus ὄρνεα, et Ὀρνεαὶ, quae fuit vrbs Peloponneſi. H. l. ὄρνεα eſt *forum*, vbi *aues venduntur*. v. Schol. vt ἰχθῦς et μῦρον de μυροπωλείῳ et ἰχθυοπωλείῳ, v. Kuſt. ad Eqq. 1372. σήσαμα de loco, vbi venduntur, ap. Tho. M. p. 791. *libelli*, de taberna libraria. vid. Vulp. ad Catull. 55, 4.

οὐκ i. e. ὁ ἐκ pro ὁ ἐν — vt Plut. 435. καπηλὶς ἡ 'κ τῶν γειτόνων. Thuc. p. 438. Duck. οἱ ἐκ τῶν Ὀρνεῶν pro ἐν ταῖς Ὀρνεαῖς.

14. πινακοπώλας ἐκάλυν οἱ ποιηταὶ τῆς κωμῳδίας, ὐ μόνον τὺς πίνακας πιπράσκοντας, ἀλλὰ καὶ τὺς ὄρνεις, ὓς προὐτίθεσαν ἐπὶ

πινάκων

Ὃς τώδ' ἔφασκε νῷν φράσειν τὸν Τηρέα,
Τὸν Ἔποφ', ὃς ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων,
Κἀπέδοτο τὸν μὲν Θαῤῥελείδου τουτονὶ
Κολοιὸν, ὀβολοῦ· τήνδε δὲ τριωβόλου.
Τὼ δ' οὐκ ἄρ' ἴσην οὐδὲν ἄλλο, πλὴν δάκνειν.
Καὶ νῦν τί κέχηνας; ἔσθ' ὅποι κατὰ τῶν πετρῶν
Ἡμᾶς ἔτ' ἄξεις· οὐ γάρ ἐστ' ἐνταῦθά τις
Ὁδός. Πει. οὐδὲ μὰ Δί' ἐνταῦθά γ' ἀτραπὸς οὐδαμοῦ.
Ευ. Οὐδ' ἡ κορώνη τῆς ὁδοῦ τι λέγει πέρι;
Πει. Οὔ. ταυτὰ κρώζει μὰ Δία νῦν τε καὶ τότε.

πινάκων κεραμέων. Poll. 7, 197. quod adhuc clarius fit ex Heſ. T. II. p. 961. ſ.

15. Recepi νῷν pro vulgato νῶϊν, vt ſaepius in hac fabula; etiam σφῷν, ληδάριον, κερχνῆς, ἥρω ſcripſi, partim metri, partim conſuetudinis Atticorum cauſa. Cf. Bergl. ad v. 330. Nam Attici in multis vocabb. *iota* omiſerunt, v. Greg. Cor. de dial. p. 30. et 75. et ad vtrumque l. Koen.; in aliis illud nunc ſubſcripſerunt, nunc non, ut auctor eſt idem Greg. p. 46. Et Pierſon. ad Moer. p. 266. monet, definitu eſſe difficile, vtrum talia cum iota ſubſcr. ſint ſcribenda, nec ne; contenditque p. 300. ſ. Atticos iota, quod non pronunciauerint, neglexiſſe etiam in ſcribendo. Sequi tamen malui iudicium Hemſt. ad Plut. p. 125. Omnino mihi videtur antiquitus ſemper ſcriptum eſſe ΝΩΙΝ vel νωϊν, et diſcrimen illud ſerius a Grammaticis excogitatum. — Add. Waſſ. Add. ad Thuc. p. 252. in praef. Duck.

16. ἐκ τῶν ὀρνέων. Hoc παρὰ προσδοκίαν comice dictum eſt pro ἐκ τῶν ἀνθρώπων. Tereus enim *ex homine* factus eſt ales. Sed petit poeta ſimul leuitatem Athenienſium et inconſtantiam.

17. Tharrelidae filius fuit Aſopodorus, admodum paruus, vt graculus; inde iocus. — ἀποδίδοσθαι *vendere*, v. D. R. et L. C. V. ad Xen. Mem. 2, 5, 5.

19. Vulgo legebatur ᾔστην, quod per ſe non eſt alienum, et frequentatur in tali loquendi modo. v. Bergl. ad Lyſ. 139. ſed praetuli cum Schol. Suid. Kuſt. et Reiſk. ἴσην. Similis horum verborum permutatio in Lucian. Harm. πολλοὶ θεαταὶ εἰσὶ κροτῆσαι, ſed melior lectio ἴσασι.

20. κατὰ τῶν π. vel *in* rupes, (Rarior haec vis praep. κατὰ cum Gen. coniunctae etiam occurrit ap. Ael. V. H. 8, 14. vbi Intpp.) vel, quod malim, *de rupibus nos deiicies*.

22. Ὁδὸς et ἀτραπὸς inter ſe differunt, vt Lat. *via* ac *ſemita*. V. Ran. 123. quo ſpectat Heſychii gloſſa.

23. et 24. Reiſk. deleri iubebat perſonarum nomina, quod non neceſſarium eſt; et meliorem fore putabam ſenſum, ſi legeretur: — πέρι; Πει. Οὔ. ταυτὰ — cum vulgo poſt

Ευ. Τί δὴ λέγει περὶ τῆς ὁδȣ̃; Πει. τί δ' ἄλλο γ', ἢ
Βρύκȣσ' ἀπέδεσθαι φησί μȣ τȣ̀ς δακτύλȣς.
Ευ. Οὐ δεινὸν ȣ̃ν δῆτ' ἐςὶν ἡμᾶς δεομένȣς
'Ες κόρακας ἐλθεῖν, καὶ παρεσκευασμένȣς,
Ἔπειτα μὴ 'ξευρεῖν δύνασθαι τὴν ὁδόν;
Ἡμεῖς γὰρ, ὦ 'νδρες, οἱ παρόντες ἐν λόγῳ,
Νόσον νοσȣ̃μεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ·
Ὁ μὲν γὰρ, ὢν ȣ̓κ ἀςὸς, εἰσβιάζεται·
Ἡμεῖς δὲ φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι,
Ἀςοὶ μετ' ἀςῶν, ȣ̓ σοβȣ̃ντος ȣ̓δενὸς,
Ἀνεπτόμεσθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν,

περὶ eſſet punctum, poſt ȣ̓ non. Priori modo exhibet ed. a. 1624. Ita igitur edidi. — λέγειν eſt, vt antea φράζειν, *oſtendere, monere*, et repeti debet v. 25. poſt ἄλλο. Alias in phraſi ȣ̓δὲν ἄλλο, ἢ, ſequente alio verbo, intelligitur πρᾶξαι. v. Duck. ad Thuc. p. 220, 53.

27. Οὐ δεινὸν *nonne graue eſt*, iſt das nicht erſchröcklich. — ἐς κόρακας ἐλθεῖν debebat proprie dici εἰς ὄρνιθας — ſed commutatum eſt hoc cum formula illa male ominata, ioci cauſſa. — Particc. ἔπειτα et εἶτα ponuntur ſaepe poſt participia ita, vt nunc redundent, nunc per *tamen* reddi poſſint, quod eſt praeceptum Koenii ad Greg. de dial. p. 62. multis firmatum exemplis. Add. Abr. Gronov. ad Ael. V. H. 1, 1, 4. Daw. M. Crit. p. 284.

30. Ἐν λόγῳ Suid. male explicat ἐν ὑποθέσει. Immo eſt, *in colloquio et deliberatione ſuper aliqua re.* — Formula petita videtur ex foro Attico, vbi, qui intererant concioni, ita dicti; hinc translatum h. l. ad *ſpectatores*, ut Acharn. 512. add. Diatr. in Rheſ. Eur.

31. Notatur Aceſtor, poeta tragicus (Veſp. 1216.) qui Σακᾶς dicitur, vel quod eſſet homo ſeruilis ingenii (erat enim hoc ſeruorum nomen. v. Pherecr. ap. Athen. 6, p. 263. laud. a Bergl.) vel quod eſſet peregrinus: nam Σάκες nominantur Thraces et barbari. V. Heſ. v. Σακᾶς, vbi h. l. laudatur. Is eo vitio laborabat (νόσος de quocunque vitio. v. Gramm. Mſ. Sangerm. ap. Valck. D. Eur. p. 80.) *vt, cum non eſſet ciuis, ſummopere tamen ſtuderet* (βιάζεσθαι et inde ducta valent μετὰ βίας εἰσέρχεσθαι Thuc. 4, 48. cum Schol. Matth. 11, 12. Luc. 16, 16. ibique Raph. et Krebs.) *ciuitatem conſequi.*

33. φυλῇ καὶ γ. τιμώμ. *homines ex nobili tribu et gente.*

35. ἀμφοῖν ποδοῖν. Debebat eſſe πτεροῖν. v. Suid. h. v. (Idem V. Νομάδες explicat παντὶ σθένει.) Reliqua enim verba auibus ſunt propria, ἀνεπτόμεσθ' (pro quo Suid. ἀνιπτάμεσθ') et σοβȣ̃ντος, (quod de iis adhibetur, qui aues abigunt, Veſp. 210. 458.)

Αὐτὴν μὲν οὐ μισοῦντ' ἐκείνην τὴν πόλιν,
Τὸ μὴ οὐ μεγάλην εἶναι φύσει, καὐδαίμονα
Καὶ πᾶσι κοινὴν — ἐναποτῖσαι χρήματα.
Οἱ μὲν γὰρ οὖν τέττιγες ἕνα μῆν' ἢ δύο
Ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσιν· Ἀθηναῖοι δ' ἀεὶ
Ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι πάντα τὸν βίον.
Διὰ ταῦτα τόνδε τὸν βάδον βαδίζομεν,
Κανοῦν δ' ἔχοντε, καὶ χύτραν, καὶ μυῤῥίνας,
Πλανώμεθα, ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα,

458.) ſed retinuit conſuetam prouerbii formam. v. Eraſm. p. 237. B.

36. ἐκείνην redundat, vt Lucian. d. dial. 12, 2. αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, ποτὲ ἂν ἐκείνη —

37. Scripſi καὐδαίμονα (h. e. καὶ εὐδαίμονα) pro κεὐδαίμονα, quia in hac lectione eliditur diphthongus αι, quod Atticis non licuiſſe, monuit Markl. ad Eurip. ſaepius.

38. ἐναποτῖσαι χρ. praeter exſpectationem pro ἐνοικεῖν, unde appoſui ſignum morae in pronunciandis his verbis. Eiusdem generis verba ſunt ἐντίκτειν Ariſtot. H. A. 8, 27. et alia. v. Weſſ. ad D. S. II. p. 166, 87. Caeterum notauit Comicus iactantiam Athenienſium oratorum, qui ſaepius ſuam vrbem omnibus communem eſſe gloriarentur. V. Thucyd. 2, 39. ibique Cl. Gottleber. p. 85. Iam poſt haec verba ſunt quaedam ſupplenda, nempe: ſed fugimus vrbem propterea, quod Athenienſes litium ſunt cupidiſſimi. Quod quidem Athenienſium vitium ſaepius a Noſtro notatum eſt, inprimis in Veſpis. Add. Schol. Thucyd. p. 52, 43. ibique Duck. et Taylor. ad Aeſch. c. Cteſ. p. 402. Reiſk.

39. De cicadarum cantu, quas ea ipſa de cauſa domi alebant veteres, multi exſtant veterum loci, Hom. Il. 3, 151. Ael. H. A. 1, 20. Ariſtot. de Reſpir. c. 9. p. 558. ed. Colon. Toup. ad Schol. Theocr. 4, 16. Wart. ad Theocr. 5, 34. Imitatus noſtrum locum Philemon ap. Schol. ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ, vbi haud dubie ſequebatur: σὺ δὲ πάντα τὸν βίον. aut ſimile quid.

40. Κράδαι pr. *ficus*. Poll. 4 129. Heſ. Sed h. l. de omni arborum genere dici, contendit Schol. (cf. Theocr. Id. 16, 94). nec rarum eſt, vocabula ſpecierum pro generibus poni.

43. Deſcribitur apparatus ad vrbem recentem inaugurandam. Nam altera explicatio, quae vult haec omnia ad abigendas aues parata eſſe, non videtur loci totius menti conuenire. Vtramque ex Schol. habet Suidas V. Κανοῦν.

44. Quum πράγματα dicantur etiam de litibus (Xen. Mem. Socr. 2, 9. 1. vnde πραγματοδίφης ducitur), ἀπράγμων eſt, cui lites non ſunt, et τόπος ἀπρ. h. l.

 locus,

Ὅποι καθιδρυθέντε διαγενοίμεθ' ἄν.
Ὁ δὲ στόλος νῷν ἐστι παρὰ τὸν Τηρέα
Τὸν Ἔποπα, παρ' ἐκείνου πυθέσθαι δεομένων,
Εἴπου τοιαύτην εἶδε πόλιν, ᾗ 'πέπτετο.
Πει. Οὗτος. Ευ. Τί ἐστιν; Πει. ἡ κορώνη μοι πάλαι
Ἄνω τι φράζει. Ευ. χὠ κολοιὸς οὑτοσὶ
Ἄνω κέχηνεν, ὡσπερεὶ δεικνύς τι μοί.
Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔστιν ἐνταῦθ' ὄρνεα.
Εἰσόμεθα δ' αὐτίκ', ἂν ποιήσωμεν ψόφον.
Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; τῷ σκέλει θένε τὴν πέτραν.
Πει. Σὺ δὲ τῇ κεφαλῇ γ', ἵν' ᾖ διπλάσιος ψόφος.
Ευ. Σὺ δ' οὖν λίθῳ κόψον λαβών. Πει. πάνυ γ' εἰ δοκεῖ.
Ευ. Παῖ, παῖ. Πει. τί λέγεις οὗτος; τὸν Ἔποπα παῖ καλεῖς;

locus, vbi nemini lites intenduntur, quietus.

46. στόλος de itinere *terreſtri* non raro dicitur. v. Tho. Mag. e quo ſua hauſit Phavorin. Xen. Anab. 2, 2, 5. 3, 1, 7.

47. δεομένων Kuſter. recepit e cod. Vat. pro vulg. δεομένω. In not. Scalig. coniicitur δεομένοιν, quod placet.

48. Edd. vett. et cum iis Bergl. ſcribunt πέπταται, Kuſter. πέπτατο, Daweſius M. Crit. p. 294. qui Kuſteri lectionem non improbat, modo accipiatur pro ἐπέπτατο, mauult tamen εἶδε (temere) et 'πέπτετο (ab ἐπιπέτεσθαι), quod cum, ob Atticorum dicendi conſuetudinem, probauerit auctoritas Pierſoni ad Moer. p. 312., recepi.

49. πάλαι probe noui de breuiſſimo temporis ſpatio dici, (Phot. Lex. Mſ. ap. Valck. ad Eur. Hipp. 1087. Cl. Fiſch. ad Plat. Phaed. 27.): tamen malim πάλιν.

51. κέχηνα pro Praeſenti, vt v. 264. 1170. Clark. ad Hom. Il. 1, 37. 13, 736. Intelligendum eſt, auem ſurſum ſpectaſſe ore hianti.

52. Κοὐκ ἔσθ' ὅ. οὐ. ἔ. *Neque poſſunt non eſſe.* —

54. θένειν eſt *ferire.* v. omnino Pierſ. Veriſ. p. 190. ſſ. Et vt formam Atticorum vſitatiſſimam οἶσθ' ὃ δρᾶσον cum Bentleio et Bergl. explico ſic: δρᾶσον οἶσθ' ὃ (v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 7. ſ.): ita vix monendum puto, λαβὼν v. 57. et 646. redundare, cum id vel ex Hoogev. obſeruatis ad Viger. de Idiot. L. Gr. p. 353. notum ſit.

57. Locus eſt ſic intelligendus: Euelpis et Piſthetaerus putant, ſe ad aditum ciuitatis auium veniſſe, itaque portas quaſi pulſandas eſſe. Iam ii, qui fores pulſabant (quod eſt proprie κόπτειν), ſeruos ianitores vocabant

Οὐκ ἀντὶ τȣ̃ παιδός γ' ἐχρῆν ἔποποῖ καλεῖν;
Ευ. Ἔποποῖ· Πει. ποιήσεις τοι με κόπ7ειν αὖθις αὖ.

ΤΡΟΧΙΛΟΣ, θεράπων Ἔποπος, ΕΥΕΛΠΙΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ.

Ευ. Ἔποποῖ. Θε. τίνες ȣ̃τοι; τίς ὁ βοῶν τὸν δεσπότην;
Ευ. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τȣ̃ χασμήματος.
Θε. Οἴμοι τάλας· ὀρνιθοθήρα τȣτωΐ.
Ευ. Οὕτω 'στὶ δεινὸν, ȣ̓δὲ κάλλιον λέγειν.

vocabant παῖ, παῖ, v. Nub. 1142. Aeſchyl. Coeph. 651. vnde P. h. l. dicit: τὸν ἔποπα παῖ καλεῖς. Sed eaedem voces παῖ, παῖ adhibitae etiam ſunt ad exprimendum dolorem, quem verbera pariunt, vt Ariſt. Veſp. 1298. κἄτυπτε με νεανικῶς παῖ, παῖ καλῶν.

58. Malim σ' ἐχρῆν, vt Plut. 607. ȣ̓ μέλλειν χρῆν σ' — Eur. Androm. 1208. θανεῖν σε χρῆν.

59. Metri rationes iuſſerunt me τοι ſcribere pro τι; Kuſt. poſt τι ſuppleri volebat σν. Sed facilius ex τοι oriri potuit τι.

60. Pulſata ianua, ianitor, παῖς, etiam θεράπων (Tho. Mag. p. 439. ſ.) ſolebat quaerere, quis adſit, et tum aperire. Plato Protag. p. 285. Baſ. ἐπειδὴ γȣ̃ν ἐκρούσαμεν τὴν θύραν, ὁ θυρωρὸς ἀνοίξας καὶ ἰδὼν ἡμᾶς κ. τ. λ.

61. In Veſp. 161. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τȣ̃ μαντεύματος, vnde non addendus articulus ὦ 'πολλον, vt v. 223. De Genitiui uſu in exclamationibus talibus v. Koen. ad Greg. p. 58. Toup. in Suid. I. p. 3. Perſonae huius noſtrae fabulae omnes rictu ingenti (χασμήματος) erant inſtructae, accommodate quidem ad rem, ſed praeter Comicorum morem. Nam perſonae Comicorum habebant πρόσωπον ȣ̓ κεχηνὸς, vt tragicae, ἀλλὰ συμμεμυκὸς, Lucian. de Salt. T. II. p. 286. Reiz. Omnino de theatri veteris perſonis vid. Pollux Onom. 4, 133. ſſ. in quem locum elegans habetur Boindini Commentatio in Comm. Acad. Paris. Inſcr. T. IV. p. 333. ſeqq.

62. ὀρνιθοθῆραι ſunt *aucupes*, ὀρνιθευταὶ Heſ. Suid. vt Aeſop. fab. 46. Similia ſunt vocabula θυννοθήρας (mimi Sophronei nomen. v. Valck. ad Theocr. Adon. p. 325. ſ.) θηροθῆραι (Heſ.), λογοθῆραι (Philo de Vit. Moſ. l. III. p. 684. E. ed. Frf., quo vocabulo expreſſit Philo Platonicum ὀνόματα θηρεύειν Gorg. p. 319. In Ariſtoph. Nub. 357. eſt θηρατὴς λόγων). A quibus multum diſtant Νυκτοθῆραι (qui noctu venantur) Xen. Mem. 4, 7, 4.

63. Vulgatae lectionis difficultatem Viri docti variis modis tollere conati ſunt; Bergler. ȣ̓ τῳ vel ȣ̓πω, Kuſter. τȣ̃τ' ἔστι legunt, Abreſch. ad Aeſch. II. p. 18. ita locum ſupplet: ὥστε κάλλιον ȣ̓δὲ λ., Reiſk. interrogatiue accipit hoc ſenſu: „Adeo terribiles tibi ſumus, vt nihil melius, mollius, poſſis dicere, quam οἴμοι τάλας." Iam hoc poſito, poſt ȣ̓τω deeſſe ὥστε (vt

Θε. Ἀπολεῖσθον. Ευ. ἀλλ᾽ ὀυκ ἐσμὲν ἀνθρώπω. Θε.
τί δαί;
Ευ. Ὑποδεδιὼς ἔγωγε Λιβυκὸν ὄρνεον.
Θε. Οὐδὲν λέγεις. Ευ. καὶ μὴν ἔρου τὰ πρὸς ποδῶν.
Θε. Ὁδὶ δὲ δὴ τίς ἐστιν ὄρνις; οὐκ ἐρεῖς;
Πει. Ἐπικεχοδὼς ἔγωγε Φασιανικός.
Ευ. Ἀλλὰ σὺ τί θηρίον ποτ᾽ εἶ, πρὸς τῶν θεῶν;
Θε. Ὄρνις ἔγωγε δοῦλος. Ευ. ἡττήθης τινὸς
Ἀλεκτρυόνος; Θε. οὔκ· ἀλλ᾽ ὅτε περ ὁ δεσπότης
Ἔποψ ἐγένετο, τότε γενέσθαι μ᾽ εὔξατο
Ὄρνιν, ἵν᾽ ἀκόλουθον διάκονόν τ᾽ ἔχῃ.
Ευ. Δεῖται γὰρ ὄρνις καὶ διακόνου τινός;
Θε. Οὗτός γ᾽ ἅτ᾽ οἶμαι πρότερον ἄνθρωπός ποτ᾽ ὢν

Herodot. 4, 52. κρήνη οὕτω πικρὴ, ἡ (ſuppl. ὥστε ἡ) μεγάθεϊ κ. τ. λ.), et κάλλιον cum Schol. accepto pro καλὸν (vt ἥδιον λέγειν pro ἡδὺ Valck. ad Herod. p. 126, 10.) i. e. καλῶς, locum intelligo ſic: adeo terribilis eſt adſpectus tuus, vt ne recte quidem loqui poſſimus.

66. Οὐδὲν λέγεις *mentiris.* v. Cl. Zeun. ad Viger. p. 151. Schol. adnotauit variam lectionem: ἔρου πρὸς τινῶν. Forte Grammaticus quidam ſic amovere ſordes loci noſtri ſtuduit. Nam verba τὰ πρὸς ποδῶν non indicare *ipſos pedes*, vt Veſp. 436., ſed explicanda ex verbo ἐπικεχοδὼς v. 68., facile videbit, qui inuerecundiam Comici noſtri nouerit. Cf. Plut. 693.

68. φασιανικὸς eſt propr. *auis* nomen, cum φασιανοὶ ſint equi, v. Th. M. p. 885. Neque tamen ſemper obſeruatum eſt veteribus hoc diſcrimen. Nam Aelian. H. A. 13, 18. φασιανοὶ ſunt aues, quae e Colchide in Graeciam venerunt. v. Buff. H. Au. T. IV. p. 32. Cf. Sallier. ad Herodian. p. 466. ſ. Quod Bergl. ad ſycophantarum nomen alludi putat, etſi illos homines ſaepius tangit Ariſtoph., tamen nimis quaeſitum nobis videtur. Caeterum laudat h. l. Athenaeus 9, 9. p. 386. ſ.

70. ἡττήθης — Victus gallus victori quaſi ſeruit. Vt poeta hoc exemplum legeret, fecit inſtitutum Athenis poſt bellum Perſicum introductum, quotannis pugnam gallorum committendi. V. Aelian. V. H. 2, 28. ibique Intpp. Cf. Demſter. ad Roſin. Antt. R. p. 205. — Ap. Antonin. Lib. p. 52. ed. Verh. ſeruus Anthi ſimiliter cum domino fit auis.

75. Recepi, quod erat in ed. 1624. et Bergl. volebat: οὗτός γ᾽ ἅτ᾽ — Kuſt. habet O. γὰρ ἅτ᾽ — in Farr. ed. ἅτ᾽ deeſt. Caeterum ſunt h. l. Nominatiui, quos abſolutos Grammatici vocant.

77. ἐπὶ

Τοτὲ μὲν ἐρᾷ φαγεῖν ἀφύας Φαληρικάς·
Τρέχω 'π ἀφύας ἐγὼ, λαβὼν τὸ τρυβλίον·
Ἔτνους δ' ἐπιθυμεῖ, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας,
Τρέχω 'πὶ τορύνην. Ευ. τροχίλος ὄρνις οὑτοσί.
Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ τροχίλε; τὸν δεσπότην
Ἡμῖν κάλεσον. Τρ. ἀλλ' ἀρτίως, νὴ τὸν Δία,
Εὕδει καταφαγὼν μύρτα καὶ σέρφους τινάς.
Ευ. Ὅμως ἐπέγειρον αὐτόν. Τρ. οἶδα μὲν σαφῶς,
Ὅτι ἀχθέσεται· σφῷν δ' αὐτὸν εἵνεκ' ἐπεγερῶ.
Πει. Κακῶς σύ γ' ἀπόλοι', ὥς μ' ἀπέκτεινας δέει.
Ευ. Οἴμοι κακοδαίμων, χὠ κολοιός μ' οἴχεται
Ὑπὸ τοῦ δέους. Πει. ὦ δειλότατον. σὺ θηρίον,
Δείσας ἀφῆκας τὸν κολοιόν; Ευ. εἰπέ μοι,
Σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταπεσών;
Πει. Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Ευ. ποῦ γάρ ἐστιν; Πει. ἀπέπτατο.
Ευ. Οὐκ ἆρ' ἀφῆκας, ὦ 'γάθ'; ὡς ἀνδρεῖος εἶ.

77. *ἐπὶ ἀφύας ad afferendas apuas*, quod erat piſcium genus frequens in portu Athenienſium Phalero (*φαληρικὰς*), v. Archeſtratus ap. Athen. 7, p. 285. E. (vbi etiam monetur, fuiſſe pauperum obſonium) Ariſtot. H. A. 6, 15. Noſtri Eqq. 675. Veſp. 494.

78. *χύτρα*, *τορύνη* et *ἔτνος* eodem modo coniungit Plato Hipp. mai. p. 349. Baſ. 2.

79. *τροχίλος* homo ille vocatur, quia *τρέχει*. Sic *εὔδρομος* curſor Longi Paſtor. p. 103. Vill. Noſtra adhuc aetate trochilus vocatur paruiſſima quaedam auis in America ſeptentrionali.

81. *ἀρτίως* poni h. l. videtur pro *νῦν*, contra praeceptum de diſcrimine vocabb. *ἄρτι* et *ἀρτίως* Schol. Nubb. 1148., quod verius eſſe puto, quam Ammonii eadem de re. Confirmatur certe locis Eurip. Hipp. 433. Ariſtoph. Veſp. 742. 832.

82. *σέρφοι* ſunt *μύρμηκες πτερωτοὶ* Heſ. vbi Alb., et *μύρτα*, *ὁ τῆς μυρτίνης καρπὸς* Schol., baccae myrti. Pollux 1, 234. dubitat, an eas fructibus, quibus homines veſcantur, annumerare poſſit, ſed dulces fuiſſe docet Ariſtot. Problem. ſ. 20. §. 23.

85. *ἀποκτείνειν* eſt h. l. eo ſenſu, quo Lat. Comicis *enecare*, vt Terent. Eun. 3, 5, 6. Graeci et Latini verbi vſum optime declarauit Cel. Valck. ad Eur. Hipp. 1064. Similes loquendi formulas illuſtrarunt Ruhnk. ad Tim. p. 30. Pierſ. ad Moer. p. 73. ſ.

91. Scripſi *ἆρ'* pro vulg. *ἄρ'*, metri cauſa, et obſecutus iudicio Doruillii Vann. Crit. p. 227., qui monet, *ἆρα* etiam ap. Poetas

ΕΠΟΨ, ΕΥΕΛΠΙΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ.

Επ. Ἄνοιγε τὴν ὕλην, ἵν᾽ ἐξέλθω ποτέ.
Ευ. Ὦ Ἡράκλεις, τουτὶ τί ποτ᾽ ἐστὶ θηρίον;
Τίς ἡ πτέρωσις; τίς ὁ τρόπος τῆς τριλοφίας;
Επ. Τίνες εἰσί μ᾽ οἱ ζητοῦντες; Ευ. οἱ δώδεκα θεοὶ
Ηξασιν ἐπιτρίψαι σε. Επ. μῶν με σκώπτετον,
Ὁρῶντε τὴν πτέρωσιν; ἦν γὰρ, ὦ ξένοι,
Ἄνθρωπος. Ευ. οὐ σοῦ καταγελῶμεν. Επ. ἀλλὰ τοῦ;
Ευ. Τὸ ῥάμφος ἡμῖν σοῦ γελοῖον φαίνεται.
Επ. Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
Ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

tas poni affirmatiue, et reſtituendum eſſe, quoties verſus poſtulet.

93. Ἄ. τ. ὕλην. Δέον εἰπεῖν τὴν θύραν. ἀλλ᾽ ἐν ὕλαις διάγουσιν οἱ ὄρνιθες. Schol.

94. τριλοφίας. λοφία, quod de ſetis apri dixit Hom. Od. τ, 446. etiam de criſtis galearum adhiberi ſolet. v. Pollux 1, 138. vbi et τριλοφία eſt, quod magnam criſtam indicat, vt alia talia compoſita, v. c. τρικυμία Eurip. Troad. 83. vbi plura Muſgrav. et de τριλοφίᾳ idem ad Oreſt. 1499. Epops autem (Wiedehopf) inſignem habet criſtam. v. Cl. Leſk. Naturgeſch. T. I. p. 251.

95. Athenienſes praecipue 12. colebant deos, qui ſimpliciter dicti ſunt οἱ δώδεκα θεοί. Vid. Arnald. de diis παρέδροις p. 32. ſ. Erat iis ara Athenis exſtructa a Piſiſtrato, Piſiſtrati tyranni nepote, v. Thucyd. 6, 54. ibique Hudſ.

96. Vulgo Εἴξασιν (quod ſaepe pro ἐοίκασιν ponitur ap. Platonem, cuius loca h. i. r. collegit Bergler. ad Moer. p. 147.), ſed Suid. V. Ὑγίεια legit Ἥξασιν, Cod. Vat. Ἥξασιν. Hinc, cum tam incerta ſit lectio, operas ſcribere iuſſi Ηξασιν ſine accentu, quod poteſt et pro ᾔξασιν (1298.) et pro ἤξασιν accipi, i. e. ἢ ἐοίκασιν, ἢ παρεγένοντο Schol. Poſterius tamen praefero.

97. ἦν. Malim ἦ, ex vſu Atticorum poetarum, qui ex Ionico εα fecerunt ἦ *eram*. vid. v. 1363. Veſp. 1086. Plut. 77. vbi Schol. et Spanh. — γὰρ ita debet intelligi, quaſi praeceſſiſſet: nolite mirari — γὰρ ſaepe reddit rationem ſententiae ſubintelligendae. Sic ad verba Thuc. p. 14, 45. οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ haec notat Schol.: τὸ γὰρ ἀντὶ τοῦ δέ. οὐ λέγω περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ· οἱ γὰρ ε. Σ. etc. Alia dedit Markland. ad Eur. Suppl. 8. 288. Cl. Zeun. ad Vig. de Idiot. L. Gr. p. 447. 482.

100. Ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπωρνιθωμένον, καὶ τὴν Πρόκνην· ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα, Schol. — λυμαίνεσθαι eſt *male tractare*. Verbi ſtructuram attigit b. Erneſti ad Xen. Mem. I, 3, 6. illuſtrauit copioſiſſime b. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 47. ſſ.

102. ποτ.

Ευ. Τηρεὺς γάρ εἶ σύ; πότερον ὄρνις, ἢ ταῶς;
Επ. Ὄρνις ἔγωγε. Ευ. κᾆτά σοι πȣ̃ τὰ πτερά;
Επ. Ἐξερρύηκε. Ευ. πότερον ὑπὸ νόσȣ τινός;
Επ. Οὐκ· ἀλλὰ τὸν χειμῶνα πάντα τὤρνεα
Πτερορρυεῖ τε, καὖθις ἕτερα φύομεν.
Ἀλλ' εἴπατόν μοι, σφὼ τίν' ἐστόν; Ευ. νὼ βροτώ.
Επ. Ποδαπὼ τὸ γένος; Ευ. ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαί.
Επ. Μῶν ἡλιαστά; Ευ. μή· 'λλὰ θατέρȣ τρόπȣ.
Απηλιαστά. Επ. σπείρεται γὰρ τȣ̃τ' ἐκεῖ
Τὸ σπέρμ'; Ευ. ὀλίγον ζητῶν ἂν ἐξ ἀγρȣ̃ λάβοις.

102. *ποτ. ὄ. ἢ. τ.* Ἔπαιξε· δέον εἰπεῖν ἄνθρωπος, ἢ ταῶς. Sch. At ego locum potius ita capio: *esne auis vulgaris quaedam, an pauo?* nempe vel quia gerebat criſtam inſignem (Aelian. N. A. 5, 21. de pauone: ἀνατείνεται δὲ τὴν κεφαλὴν — ὥσπερȣ̃ν ἐπισείων τριλοφίαν) vel quia olim in Graecia rari erant pauones, Anaxandr. ap. Athen. 14, 25. et demum poſt tempora Alexandri M. maior eorum erat ibi copia. v. Buffon. Naturg. d. Vög. T. IV. verſ. Germ. Oehmii p. 8. ſſ.

104. ὑπὸ νόσȣ. Vid. Ariſtot. H. A. 8, 18. et de pauone 6, 9. Quod mox dicitur, omnes aues ſub hiemem amittere plumas, egregie illuſtrauit Buffon. l. l. T. I. p. 46. ſ. Ariſtoteles tamen monuit H. A. 8, 16. eas tantum aues, quae in patria maneant, πτερορρυεῖν. — Pro τὰ ὄρνεα ſcripſi τὤρνεα.

106. ἕτερα. Subintell. πτερά, quod in verbo πτερορρυεῖ latet. Saepe ſic ad pronomina et verba repetendum eſt nomen, quod in ſuperiorum quodam latuerat vel qua originem communem, vel qua notionem, vt Plut. 502. VV. DD. ad Lucian. T. I. p. 37. Ienſ. ad Lucian. I. p. 234. ſ. Caeterum apud Platon. Phaedr. p. 206. ed. Baſ. legitur πτεροφυεῖν et p. 204. φύειν πτερά.

108. Τριηρ. αἱ καλαί. Ἀντὶ τȣ̃ ἐξ Ἀθηνῶν. μέγα γὰρ ἐφρόνȣν Ἀθηναῖοι ἐπὶ ναυμαχίᾳ. Schol. Scilicet cum Olymp. 91, a. 2. decreta eſſet expeditio Sicula, claſſis inſtruebatur tam ſplendida, vt etiam peregrini ad ſpectandam eam confluerent. Vid. omnino Thuc. 6, 3. Diod. Sic. 13, 3.

109. Ἡλιαστὰ videntur eſſe in vniuerſum, *litium amantes*, etſi proprie quidem ipſi iudices in heliaſtico iudicio ita appellabantur, v. Eqq. 255. Nam ἀπηλιαστὰ ſunt oſores litium, μισόδικοι Suid., ad quem plura illuſtrandi huius verbi cauſa congeſſit Portus, quem more ſuo Kuſterus exſcripſit — Pro μὴ ἀλλὰ cum Markland. ad Iphig. Eur. 1010. ſcripſi μὴ 'λλά. Hinc haud dubie ortum μάλα, quod eſt ap. Suidam ex ed. Port. — μὴ pro ȣ̓κ h. l. poni, vidit iam Schol.

Επ. Πράγους δὲ δὴ τοῦ δεομένω δεῦρ' ἤλθετον;
Ευ. Σοὶ ξυγγενέσθαι βουλομένω. Επ. τίνος πέρι;
Ευ. Ὅτι πρῶτα μὲν ἦσθ' ἄνθρωπος, ὥσπερ νώ ποτε,
Κἀργύριον ὠφείλησας, ὥσπερ νώ ποτε,
Κοὐκ ἀποδιδοὺς ἔχαιρες, ὥσπερ νώ ποτε·
Εἶτ' αὖθις ὀρνίθων μεταλλάξας φύσιν
Καὶ γῆν ἐπέτου καὶ τὴν θάλατταν ἐν κύκλῳ,
Καὶ πάνθ', ὅσα περ ἄνθρωπος, ὅσα τ' ὄρνις, φρονεῖς.
Ταῦτ' οὖν ἱκέται νὼ πρὸς σὲ δεῦρ' ἀφίγμεθα,
Εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν εὔερον,
Ὥσπερ σισύραν ἐγκατακλινθῆναι μαλθακήν.
Επ. Ἔπειτα μείζω τῶν Κραναῶν ζητεῖς πόλιν;
Ευ. Μείζω μὲν οὐδέν, προσφορωτέραν δὲ νῷν.
Επ. Ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν. Ευ. ἐγώ;
Ἥκιστα· καὶ τὸν Σκελλίου βδελύττομαι.

112. Forma rarior πράγος occurrit etiam in Soph. Aiac. 347. Oed. Col. 1214.

117. μεταλλάξας praegnanti ſignificatione eſt: *mutata natura humana, aſſumtaque auium natura.* De hoc verborum vſu v. Abreſch. Dil. Thuc. p. 494. ſſ. Mox κατὰ γῆν emendat Kuſter., equidem malim Καὶ γῆν ἐφέπτου — ἐφίπτασθαι in hac fabula ſaepe occurrit.

120. Ταῦτ' οὖν pro διὰ ταῦτα *propterea*, vt τι v. 149. pro διά τι. v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 11. add. Cel. Fiſch. ad Aeſch. Dial. 3, 9.

121. εὔερον proprie eſt vel quod bona inſtructum eſt lana, vt oues in loco Cratini ap. Schol. εὔερα βοτὰ nominantur, vel ex bona lana factum; neutrum in vrbem cadit. Iam etſi Schol. explicat per μαλακήν, equidem tamen malim ante εὔερον diſtinguere, ita vt hoc ad σισύραν referatur, et verba ἐγκατ. μ. ad vrbem pertineant. Σισύρα auctore Schol. eſt τὸ ἐξ αἰγείων δερμάτων ἔχον ἔτι τὰς τρίχας σκέπαστρον (hoc forte reſtituendum Timaeo gloſſ. Plat. p. 165. pro στέγαστρον), h. l. tamen eſt potius veſtis ſtragula, vt Nub. 10. Veſp. 737.

123. Κραναῶν i. e. Ἀθηνῶν, quibus hoc nomen venit a Cranao rege (Schol.). In Lyſ. 481. ἡ Κραναά, nec video, cur h. l. Pluralis adhibitus ſit, niſi forte, vt magnitudo vrbis exprimeretur.

124. οὐδὲν, ἀντὶ τοῦ οὐ Heſ., vbi v. Not. add. Veſp. 1469. cum Schol. πρόσφορον ſignificat ἐπιτήδειον, ἁρμόζον v. Heſ. cuius gloſſa Πρόσφορα forte ad Eurip. Hipp. 112. 1362. et altera Πρόσφορον ad noſtri Veſp. 805. referenda.

126. τὸν Σκελλίου. Ἀριστοκράτης, Σκελλίου υἱὸς, ἐπεβούλευσεν εἰς κατά-

Επ. Ποίαν τίν' ἂν ἥδις' ἂν οἰκοῖτ' ἂν πόλιν;
Ευ. Ὅπυ τὰ μέγιςα πράγματ' εἴη τοιάδε·
Ἐπὶ τὴν θύραν μυ πρῴ τις ἐλθὼν τῶν φίλων,
Λέγοι μοι τάδε· πρὸς τῦ Διὸς τῦ 'λυμπίυ,
Ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία
Λυσάμενα πρῴ· μέλλω γὰρ ἑςιᾶν γάμυς·
Καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃς· εἰ δὲ μὴ,
Μή μοι τότ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω κακῶς.
Επ. Νὴ Δία ταλαιπώρων γε πραγμάτων ἐρᾷς.
Τί δαὶ σύ; Πει. τοιύτων ἐρῶ κἀγώ. Επ. τίνων;

καταλύειν τῦ δήμυ. Sch. cf. Bergl. Hinc adhibuit Poeta verbum Ἀριςοκρατεῖσθαι.

130. Vulgo legebatur: Λέγοι μοι ταδὶ πρὸς τῦ Διὸς. τὺλ., quod cum metro repugnaret, Kuſt. emendauit Λ. ταδί μοι π. Δ. τὺλ. ſed ne nimis a vulgata ſcriptura recederetur, nihil, niſi ταδὶ in τάδε mutaui.

131. ὅπως παρέσει. nempe *rogo*, vel etiam ὅρα ſubint., quod in talibus ſaepe omittitur, vt ap. Plat. Hipp. mai. p. 347. ὅπως παρέσῃ καὶ αὐτὸς, Eur. Cycl. 591. ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ, quod inde duxit Heliodor. L. p. 23. Similiter ὅπως μὴ ponitur ſubintellecto βλέπε. V. Cel. Valck. ad Herod. p. 477, 3. Caeterum Atticorum eſt, ponere παρέσει pro παρέσῃ, v. Koen. ad Greg. Cor. p. 49. quae forma librarios ſaepe offendit. v. Plut. 828. 911. 963.

132. Ex obſeruatis Euſtathii apud Biſetum (nam Schol. verba obſcura ſunt) ſcribendum foret πρῷ; nam πρῴ dicit ſignificare *mane*, πρῷ eſſe πρὸ καιρῦ. Sed tale diſcrimen ignorant et Heſychius (cuius haec ſunt: Πρωΐ, Ἀντικώτερόν ἐστιν τὸ ὑφὸ... (tamen Lyſiſtr. 1066. eſt πρωΐ — λελυμένος). σημαίνει δὲ τὸ ἐν ὥρᾳ, καὶ πρὸ τῦ δέοντος καιρῦ, ἢ πρὸ τῆς καθηκύσης ὥρας.) et Suidas, qui, h. l. laudans, legit Λυσάμενος. Vid. inprimis de πρῴ Ruhnk. ad Tim. p. 161. et Intpp. Tho. M. p. 762. Etiam in hoc vocab. iota omitti voluit Pierſ. ad Moer. p. 300.

132. ἑςιᾶν γάμυς eſt parare nuptiales epulas, nam ἑςιᾶν in hac ſimilibusque formulis valet *celebrare*, *agere*, v. Aelian. V. H. 8, 7. et γάμοι ſunt *nuptiales epulae* (pr. primus nuptiarum dies, Heſ.) Poll. 3, 38. Iohann. Ev. 2, 1. quem locum male nuper de ἀνακαλυπτηρίοις expoſuit, infeliciſſimus N. T. interpres, Cel. Toup. ad Longinum.

134. Prouerbium fuit Μή μοι τότ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς, dictum in amicos, qui fugiunt *cadis cum faece ſiccatis* (Hor. Od. I, 35, 26.) Hoc ridicule immutauit poeta. v. Sch. et Suid. Μή μοι — vbi legitur ποτ' pro τότ', et ὅτ' pro ὅταν.

135. Ταλαιπώρων, ἐν εἰρωνείᾳ Schol. bene, vt et v. 143. [illegible]

139. Στιλ-

Πει. Ὅπου ξυναντῶν μοι ταδί τις μέμψεται,
Ὥσπερ ἀδικηθεὶς παιδὸς ὡραίου πατήρ·
Καλῶς γέ μοι τὸν υἱὸν, ὦ Στιλβωνίδη,
Εὑρὼν ἀπιόντ᾽ ἀπὸ γυμνασίου λελουμένον,
Οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου,
Οὐκ ὠρχιπέδησας, ὢν ἐμοὶ πατρικὸς φίλος.
Επ. Ὦ δειλακρίων σὺ, τῶν κακῶν οἵων ἐρᾷς.
Ἀτὰρ ἔστί γ᾽, ὁποίαν λέγετον, εὐδαίμων πόλις,
Παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν. Ευ. οἴμοι, μηδαμῶς
Ἡμῖν παρὰ τὴν θάλατταν, ἵν᾽ ἀνακύψεται,
Κλητῆρ᾽ ἄγουσ᾽ ἕσωθεν ἡ Σαλαμινία.

139. Στιλβωνίδη. Haud dubie intelligit hominem, Atticis ſpectatoribus ſatis notum; nam Grammaticorum ad h. l. nugas nolo repetere. Perſtringit autem Comicus nefandum illum puerorum amorem, Graecis vſitatum. v. Ael. V. H. 3, 12. Vulp. ad Catull. 62, 65. Warton ad Theocr. 23, 5. — Pro ἀπόντ᾽, vt Kuſt. edidit, reuocaui ex antiquis Edd. cum Bergl. et Reiſk. ἀπιόντ᾽. In gymnaſiis autem, quae amori ſaepe inſeruiebant, erant balnea publica, vnde et ipſa vox γυμνάσιον, auctore Suida, dicitur de *balneo*. Vid. Kuhn. de Lot. et Baln. Gr. in Ill. Schlaegeri diſſertt. rariorum de antiqq. faſciculo nouo p. 175. 177. ſſ. Sed videtur etiam h. l., vt in Nubb., tangere iuuenes Athen., qui libentius in balneis, quam palaeſtris, erant.

142. προσηγάγου· πρὸς ἑαυτὸν (l. σεαυτὸν) ἔλαβες εἰς συνουσίαν — ὠρχιπέδησας· τῶν ὄρχεων ἥψω καὶ κατέσχες αἰσχρῶς. Schol. Cf. Heſ. et Suid.

145. ἐρυθρὰ θάλασσα varie dicitur, de Indico Oceano, de ſinu Perſico (Weſſ. ad D. S. I. p. 125, 1. ad Herod. p. 210, 56.) et de ſinu Arabico, vt monuit Weſſ. ad D. S. I. p. 23. copioſius docuit Reland. in Diſſ. de Mari Rubro.

146. ἡμῖν plane redundat, vt in omnibus linguis vita communis ſolet pronomina pleonaſtice ponere. Locos e Graecis hanc in rem dabunt Weſſ. ad Herod. p. 649, 91. Taylor. Ind. Lyſ. II. ſub V. Datiuus, Latinorum Burm. ad Phaedr. 1, 22, 3. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 46.

147. Δύο εἰσὶ νῆες ὑπηρετίδες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἡ Πάραλος (infra v. 1204.) καὶ ἡ Σαλαμινία (dicitur ἡ Σαλαμινία ναῦς et ἡ Σαλαμινία ſimpliciter. v. Ducker. ad Thuc. p. 410, 70.)· ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐγκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν· ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας (legatos cum donariis ad ludos Graecorum publicos et Delphos) ἀπῆγεν, τουτέστι τὰ εἰς θυσίαν πεμπόμενα. Schol. Sed Paralo etiam vtebantur interdum ad abducendos reos. Vid. Hudſ. ad Thuc. p. 185, 37. ἀνακύψεται eſt, *conſpicietur*, ſie wird

Ἑλληνικὴν δὲ πόλιν ἔχεις ἡμῖν φράσαι;
Επ. Τί οὐ τὸν Ἠλεῖον Λέπρεον οἰκίζετον
Ἐλθόνθ'; Ευ. ὅτιὴ, νὴ τοὺς θεοὺς; ὃς οὐκ ἰδὼν,
Βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.
Επ. Ἀλλ' εἰσὶν ἕτεροι τῆς Λοκρίδος Ὀπούντιοι,
Ἵνα χρὴ κατοικεῖν. Ευ. ἀλλ' ἔγωγ' Ὀπούντιος
Οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου.
Οὗτος δὲ δὴ τίς ἐσθ' ὁ μετ' ὀρνίθων βίος;

1012. ὑποκινεῖν vt Medium adhibetur, *cedere*. In Ran. 655. eſt eodem modo παρακινήσαντα, vbi Suidas ὑποκινήσαντα legit. Theſm. 931. eſt ὑπαποκινητέον.

1014. ξενηλατοῦνται. Nam aliquando omnes peregrini Spartа eiecti ſunt, vt refert Theopompus ap. Schol. Add. Xenoph. de rep. Laced. 14, 4. Periz. ad Ael. V. H. 13, 16, 7. Duker. ad Thuc. 1, 144. De la Nauze Mem. de la loi des Lacedémoniens, qui defendoit l'entrée de leur Pays aux Etrangers, dans les Mem. de l'Acad. d. Inſcr. T. XII. p. 159. ſſ. Κινεῖσθαι eſt per ſeditionem eiici.

1016. ὁμοθυμαδὸν h. l. vnanimi conſenſu. Alias eſt ſimpliciter *ſimul*, vt Pac. 483. Cf. Interpp. Act. 2, 1. — σποδεῖν Grammatici, vt Suidas, interpretantur τύπτειν, quo ſenſu ſaepius ap. Noſtrum legitur, vt Nub. 1379. Cf. Alb. ad Heſ. T. II. p. 1250.

1019. αὐταιί. αἱ πληγαί. ἅμα δὲ ἔτυπτεν αὐτόν. bene Schol. πάλαι eſt non, iam dudum, vt vulgo vertitur, ſed *modo, iam, paullo*

Γε. Οἴμοι κακοδαίμων. Πει. οὐκ ἔλεγον ἐγὼ πάλαι;
Οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ;

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ.

Επ. Ποῦ πρόξενοι; Πει. τίς ὁ Σαρδανάπαλος οὑτοσί;
Επ. Ἐπίσκοπος ἥκω δεῦρο, τῷ κυάμῳ λαχὼν,
Ἐς τὰς Νεφελοκοκκυγίας. Πει. ἐπίσκοπος;
Ἔπεμψε δὲ τίς σε δεῦρο; Επ. Φαῦλον βιβλίον

paullo ante. Photius Lex. Mſ. ap. Valck. ad Eur. Hipp. 1085. τὸ ἤδη λέγειν εἰώθασι πάλαι. In verbo ἀναμετρεῖν haeſit Schol. et alii Intpp. Valet h. l. ſimpliciter ἀναχωρεῖν retroire, ſed vſus eſt illo verbo poeta, quia cum *geometra* loquitur. Alio modo in Nub. 203. eſt γῆν ἀναμετρεῖσθαι. v. Bos. Obſſ. Crit. p. 64.

1022. Ἐπίσκοπος. οἱ παρ' Ἀθηναίων ἐς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον. Harpocr. et ex eo Suidas, et Schol. ad h. l. Hi, vt alii magiſtratus Athenis, ſolebant ſorte eligi, et ſortis loco adhibebantur fabae, vnde intelligitur formula κυάμῳ λαχών. Phot. Lex. Mſ. Κυάμῳ λαχεῖν. νόμος ἦν Ἀθήνησιν, ἄρχοντάς τινας κυάμῳ λαχεῖν. vid. Alb. ad Heſ. p. 362. Nam λαγχάνειν eſt in hac formula ſorte accipere (infra 1111. ἀρχίδιον λαχόντες), et ſortis nomen Ablatiuo exprimitur, vt Ael. V. H. 7, 18. λαχοῦσα κλήρῳ. Πρόξενοι dicebantur, qui ab Athenienſibus, Lacedaemoniis et aliis publice conſtituti et iuſſi erant excipere peregrinos. Schol. Προξένους ἐκάλουν, τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. Erant igitur πόλεως καὶ ἔθνους, cum ξένοι eſſent ſingulorum. Ammon. h. v. Tho. M. V. Προξενῶ, Alb. ad Heſ. h. v. Spanhem. ad Noſtri Ran. 460. p. 305. Valck. ad Herod. p. 463. et Animadv. ad Ammon. p. 198. ſſ. Abreſch. Dil. Thuc. p. 275. Sardanapalus erat Aſſyriae vel Nini vrbis rex, de quo mirae extant veterum et diſcrepantes narrationes (Schol. h. l.) nunc non excutiendae. Collegerunt eas et examinarunt *Freretus*, *De Broſſes*, et *de Guignes*, qui accurate Aſſyriacam tractarunt hiſtoriam in Comm. Acad. Pariſ. (v. Abhandl. der Pariſ. Acad. Alte Geſch. Aſiens Vol. I. p. 106. 191. ſſ. et 459. ſſ. add. Neue Welt vnd Menſcheng. P. II. p. 155. ſſ.) Quomodo autem cum hoc rege ille Athenienſium ἐπίσκοπος comparari poſſet, non vidi. Dubitabam igitur, an non legendum potius eſſet Σαρδανάφαλος. Heſych. Σαρδανάφαλος· ὁ γελωτοποιός. Saltem vulgatum ita intelligendum puto.

1025. De Telea v. 168. Pac. 1008. φαῦλον βιβλίον libellus (Diploma), quo declarabatur, ipſum eſſe ἐπίσκοπον. φαῦλον dicitur,

Τελέου. Πει. τί βούλει δῆτα; τὸν μισθὸν λαβὼν
Μὴ πράγματ' ἔχειν, ἀλλ' ἀπιέναι; Επ. νὴ τοὺς θεούς·
'Εκκλησιάσαι δ' οὖν ἐδεόμην οἴκοι μένων.
῎Εστι γὰρ ἃ δι' ἐμοῦ πέπρακται τῷ Φαρνάκῃ.
Πει. ῎Απιθι λαβών· ἔστιν δ' ὁ μισθὸς ουτοσί.
Επ. Τουτὶ τί ἦν; Πει. ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου.
Επ. Μαρτύρομαι τυπτόμενος, ὢν ἐπίσκοπος.
Πει. Οὐκ ἀποσοβήσεις, οὐκ ἀποίσεις τὼ κάδω; —

citur, i. e. *leuis*, *vilis*, nullius pretii. Sic φαῦλον πρᾶγμα Lyſiſtr. 14. — πράγματα h. l. ſunt moleſtiae, incommoda; nam alias πράγματα ἔχειν valet etiam *diuitem* eſſe, Abreſch. ad Aeſch. T. I. p. 12. ſſ. Et πράγματα ἔχειν per ſe idem eſt, quod πράγματα λαμβάνειν Xen. de rep. Lac. 2, 10. (Herodot. 1, 154. πρήγματα παρέχοντες καὶ ἔχοντες). Minatur Piſthetaerus, ſe hunc quoque hominem verberibus eiecturum eſſe, vt vatem illum; quae verbera v. 1030. dicuntur eſſe μισθὸς, ita vt ἐπίσκοπος tamen non caruerit incommodis. Ergo πράγματα ἔχειν non poteſt proprie explicari, ſed acciperem equidem pro πράγματα παρέχειν moleſtiam creare, moleſtum eſſe, nempe Piſthetaero.

1028. Senſus: ſi non aliam mercedem conſecuturus eram, oportebat me domi manere, et concioni intereſſe. Nam Athenienſes etiam, omiſſis domeſticis negotiis, ſolebant lubenter intereſſe concionibus, in quibus publicae res tractarentur. — Pharnaces erat dux vel ſatrapa Perſarum. Eo enim tempore plerique duces Perſarum faciebant cum Lacedaemoniis. vid. Thuc. 8, 6. ibique de Pharnace Ducker. p. 510. Itaque Athenienſes eos in ſuam partem trahere ſtudebant. πράττειν τινὶ τὶ valet clam cum aliquo de re aliqua agere, transigere cum aliquo aliquid. vid. Abreſch. Anim. ad Aeſch. T. I. p. 11. ſ. Vulgo articulus ante Φαρνάκῃ deerat, itaque metrum laborabat, cui ſubueniri poſſet, ſi ſcriberetur ἐστὶν, (quod v. ſequ. feci), ſed tum periret verſus caeſura, et genius linguae articulum poſtularet.

1032. Μαρτύρομαι τυπτόμενος h. e. ἐμὲ τύπτεσθαι, quaſi in iudicio loquitur. Sic Pac. 1119. παῖε, παῖε τὸν Βάκιν. Μαρτύρομαι, ſcil. ἐμὲ παίεσθαι. Eodem iudiciali ſenſu verbum μαρτύρεσθαι ſaepius apud Noſtrum dicitur, Nub. 1224. 1300. Plut. 933. Ran. 531. — ἀποσοβεῖν h. l. et v. 1425. explicandum eſt, vt verbum neutrum. Tho. Magiſter: ἀποσοβῶ, οὐ μόνον τὸ ἀποδιώκω, ἀλλὰ καὶ τὸ σεσοβημένως καὶ θαῤῥαλέως ἀπέρχομαι (proripio me), v. ibi Hemſterh. p. 102. quem noſter locus non fugit. Κάδοι h. l. ſunt ſitulae, in quas coniiciuntur calculi. Ex mente Grammaticorum ſcribere poeta debuiſſet καδίσκω. v. Ammon. p. 79.

1034. Haec

Οὐ δεινά; καὶ πέμπουσιν ἤδη 'πισκόπους
Εἰς τὴν πόλιν, πρὶν καὶ τεθῦσθαι τοῖς θεοῖς.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΓΡΑΦΟΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ, ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ΙΕΡΕΥΣ.

Ψη. Ἐὰν [δ'] ὁ Νεφελοκοκκυγιεὺς τὸν Ἀθηναῖον [ἀδικῇ].
Πει. Τουτὶ τί ἐστιν αὖ κακὸν τὸ βυβλίον;
Ψη. Ψηφισματοπώλης εἰμὶ, καὶ νόμους νέους
Ἥκω παρ' ὑμᾶς δεῦρο πωλήσων. Πει. τὸ τί;
Ψη. Χρῆσθαι Νεφελοκοκκυγιέας τοισίδε τοῖς
Μέτροισι, καὶ σταθμοῖσι, καὶ ψηφίσμασι,
Καθάπερ Ὀλοφύξιοι.
Πει. Σὺ δέ γ' οἷσί περ Ὀτοτύξιοι χρήσει τάχα.
Ψη. Οὗτος, τί πάσχεις; Πει. οὐκ ἀποίσεις τοὺς νόμους;

1034. Haec ſecum loquitur Piſthetaerus, et improbare videtur Athenienſium morem, in vrbes vix captas ἐπισκόπους mittendi, vt vbique democratia introducatur. Ariſtot. Polit. 5, 7. extr.

1036. Homo ille, dum accedit, legit ψήφισμα Athenienſium. Particulam δ' et verbum ἀδικῇ iambicum metrum abeſſe iubebat. ἀδικῇ e margine, cui gloſſator adſcripſerat, in texta venit; ſed recte omitti poteſt, quoniam oratio hominis interrumpitur.

1039. πωλήσων. Poterat dicere ἄγων, vel φέρων, ſed ſimul, credo, ſignificat, Athenienſes tales leges, et pſephiſmata, pecunia corruptos, conficere. — Mox ſcripſi, metri cauſa, τοισίδε τοῖς pro vulg. τοῖσδε τ.. Nimirum Nephelococcygia videbatur eſſe colonia Athenienſium, condita quippe ab Athenienſibus duobus. Iam vero coloni debebant iis menſuris, ponderibus, legibus, magiſtratibus vti, quibus patria. Igitur hoc et in Nephelococcygiam h. l. transfertur. Vid. Duker. ad Thucyd. p. 186. tum ii, qui vberius de coloniis veterum egerunt, *Spanhemius* (Diſſ. de Pr. et V. Num. p. 570. ſſ. T. I.) *Bougainville*, et L. B. *de Sainte Croix*. — Ὀλοφύξιοι vt mox Ὀτοτύξιοι ficta nomina ſunt. Illud ad ὀλοφύρεσθαι vel ὀλόφυς (Heſ. Ὀλόφυς· οἶκτος, ἔλεος, θρῆνος) alludit, hoc ductum eſt ab ὀτοτύζειν *eiulare*, quo verbo poeta ſaepius vtitur. Vid. Alb. ad Heſ. p. 800. T. II.

1044. Τί πάσχεις *quid facis?* Vid. Schol. Nub. 233. Sequentem verſiculum ſpurium eſſe cenſeo. Nam vt taceam, verba eſſe frigidiſſima, ſenſus ipſe non ſatis commodus videtur. Quomodo enim dicere poterat,

[Πικροὺς ἐγώ σοι τήμερον δείξω νόμους.]
Επ. Καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως
Ἐς τὸν Μουνυχιῶνα μῆνα.
Πει. Ἄληθες· οὗτος ἔτι γὰρ ἐνταῦθ᾽ ἦσθά σύ;
Ψη. Ἐὰν δέ τις ἐξελαύνῃ τοὺς ἄρχοντας,
Καὶ μὴ δέχηται κατὰ τὴν στήλην.
Πει. Οἴμοι κακοδαίμων, καί σύ γὰρ ἐνταῦθ᾽ ἦσθ᾽ ἔτι;
Επ. Ἀπολῶ σε, καὶ γράφω σε μυρίας δραχμάς.
Πει. Ἐγὼ δὲ σοῦ γε τὼ κάδω διασκεδῶ.
Επ. Μέμνησ᾽, ὅτε τῆς στήλης κατέτιλας ἑσπέρας.
Πει. Αἰβοῖ, λαβέτω τις αὐτόν. οὗτος, οὐ μενεῖς;
Ἱερ. Ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ᾽ ἐντευθενί,
Θύσοντες εἴσω τοῖσι θεοῖσι τὸν τράγον.

rat, ſe *δείξειν πικροὺς νόμους*, cum iam verberibus eum affeciſſet? Ex Schol. metrico ad h. l. plane nihil confici poteſt. Nam verba eius haud dubie deprauata ſunt aliquo modo, nec conueniunt ſatis his verſibus. Forte ea ſic corrigenda; *μετὰ τὸν νβ´ ἀσυνάρτητοι δύο, ὧν ὁ πρῶτος ἰαμβικὸς βραχυκατάληκτος* (1046.) *ὁ δεύτερος σύγκειται κ. τ. λ.* ſic ſequeretur, eum verſum 1045. non legiſſe.

1046. *Καλεῖσθαι* ſenſu forenſi Athenienſibus erat, *in ius vocare*, *ὕβρεως* *propter iniuriam illatam* (nam inter cauſas publicas Athenis erat etiam *γραφὴ ὕβρεως* Poll. 8, 40.) *ἐς τὸν Μουνυχ.* vt cauſam agat Munychione menſe, qui reſpondebat fere noſtro Aprili. Eodem modo Nub. 1224. *καλοῦμαι Στρεψιάδην ἐς τὴν ἕνην καὶ νέαν.* Veſp. 1410. *προσκαλοῦμαί σε ὕβρεως* (nam et *προσκαλέσασθαι* eo ſenſu dicebatur, v. Intpp. Poll. p. 877, 63.)

1050. *Στήλη* eſt columna publica, cui foedera, leges et ſimilia inſcribebantur, aut in tabula ſcripta appendebantur; vt Acharn. 513. add. Reiſk. Ind. Demoſth.

1052. *γράφεσθαι* eſt accuſare, v. Moer. et Tho. Mag. vnde *γραψάμενοι* ſunt actores, Veſp. 875. ſed *γράφειν τινὰ δραχμὰς* mulctam dicere drachmarum. — *Διασκεδῶ* mox ponitur pro *διασκεδάσω*. Forma futuri Attica Grammaticis dicitur. v. Pierſ. ad Moer. p. 17. Cl. Fiſch. ad Weller. p. 193 ſ. — Verba *ὅτε τῆς στήλης κ. ἑ.* ad praeſens tempus refert Schol. Malim de facinore olim perpetrato accipere. Verbum *κατατιλᾶν* occurrit et Ran. 369. vbi illuſtrauit Bergl. et Eccl. 330.

1057. *εἴσω* in interiori theatri parte. Bene Schol. monuit: *Σκήπτεται ποιεῖν εἴσω τὴν θυσίαν, ἵνα μὴ σφάξῃ τὸ πρόβατον.* Scribendum *τὸν τράγον.* Alterum petitum eſt ex Pac. 1021. qui locus conferendus.

1058. Εἰώ-

Χο. Ἤδη μοι τῷ παντόπτᾳ,
Καὶ παντάρχᾳ θνητοὶ πάντες
Θύσουσ' εὐκταίαις εὐχαῖσι.
Πᾶσαν μὲν γὰρ γᾶν ὀπτεύω,
Σώζω δ' εὐθαλεῖς καρποὺς,
Κτείνων παμφύλων γένναν
Θηρῶν, οἳ πάντ' ἐν γαίᾳ
Ἐκ κάλυκος αὐξανόμενα γένυσιν πολυφάγοις,

1058. Εἰώθασι μετὰ τὴν τελείαν Παράβασιν, ἐπιῤῥηματικὴν ποιεῖσθαι συζυγίαν, ὥσπερ καὶ ἐν Ἱππεῦσιν πεποίηκεν. Ἡ Παράβασις αὕτη οὐκ ἔχει πάντα τὰ μέρη, ἀλλὰ μόνον τέσσαρα, τὴν ᾠδὴν καὶ στροφὴν, τὸ ἐπίῤῥημα, τὴν ἀντῳδὴν, καὶ τὸ ἀντεπίῤῥημα. ἔστι γοῦν ἡ ᾠδὴ καὶ στροφὴ κώλων καὶ στίχων δακτυλικῶν καὶ παιωνικῶν ιδ'. τὰ α', ε', ϛ', ζ', δακτυλικὰ ἑφθημιμερῆ· τὰ β', γ', δ', ι', ια', τετράμετρα· τὰ δ' ἄλλα παιωνικὰ, τετράμετρα καὶ ἀκατάληκτα, τὰ η', θ'. τὸ δὲ ιβ', τρίμετρον. τὸ ιγ', δίμετρον. τὸ δὲ ιδ', ἑφθημιμερὲς ἐκ κρητικῶν. ὑφ' ὃ παράγραφος, καὶ διπλῆ ἔσω νενευκυῖα.

1058. Imitatur hymnos aliorum poeta; itaque et Dorica vtitur, in talibus hymnis vſitata, dialecto. Tribuit autem chorus primo ſibi Iouis epitheta. Soph. Oed. Col. 1080. ὦ Ζεῦ γε παντάρχα θεῶν, παντόπτα — Etiam πανόπτην nominabant, Ecclef. 81. Heſych. h. v. cum Alb. Sol quoque Homero et aliis dictus eſt πάντων ἐπόπτης. V. Lennep. ad Phal. Epp. p. 152. Tum dicit, ipſis nunc ſacra et preces facturos eſſe homines. Vocabulum εὐκταῖος copioſe illuſtrarunt Intpp. Moerid. p. 137. et Tho. M. p. 388. neque tamen docuerunt, quid h. l. eſſent εὐχαὶ εὐκταῖαι. Fere εὐκταῖον dicitur res optabilis atque pretioſa, vt Eurip. Or. 214. ſed rarius etiam id ipſum, quod quis precatur. Pollux p. 546. ἃ δέ τις εὐχόμενος αἰτεῖ, εὐκταῖα λέγει ἀγαθά. Itaque εὐκταῖαι εὐχαὶ ſunt preces, quas quis fundit, et θύειν εὐχαῖσι εὐκτ. valet *ſacrificare additis precibus*. Alio modo dii dicuntur εὐκταῖοι, qui preces audiunt, et ratas habent, vt χάριτες εὐκταῖαι Orph. hymn. 59, 6. Θέμις εὐκταία Eur. Medc. 168. vbi v. Muſgr. Ἐριννὺς εὐκταία Aeſch. Sept. c. Th. 725 (Br.)

1062. εὐθαλεῖς. V. Pollux I, 230. et Tho. Mag. p. 433. Olim male erat. εὐθαλλεῖς. Kuſt. auctoritate codicis mutauit. Πάμφυλοι θῆρες omnis generis animalcula. Nam θῆρες non ſunt h. l. ferae, ſed quae nos dicimus *Inſecten*. Sic in Geopon. 8, 21, 4. occurrunt θηρία ἐν τοῖς ἐντέροις τρεφόμενα. γέννα autem poetis eſt i. q. γένος, vt Eur. Or. 970. γέννα Πέλοπος. Mox Reiſk. recte pro οἱ legit ἡ.

1065. Reuocaui antiquum αὐξανόμενα, quod Kuſt. praeeunte cod. Vat. mutauerat in αὐξανόμενον et referebat ad καρπόν. Nimirum ſtructuram verborum volebat eſſe: Κτείνων γένναν θηρῶν παμφύλων, οἳ ἐν γαίᾳ

Δένδρεσί τ' ἐφεζόμενα καρπὸν ἀποβόσκεται.
Κτείνω δ' οἳ κήπους εὐώδεις
Φθείρουσιν λύμαις ἐχθίσταις·
Ἑρπετά τε καὶ δάκεθ', ὁπόσα περ ἂν
Ἔστιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος
Ἐν φοναῖς ὄλλυται.

Χο. Τῇδε μέντοι θ' ἡμέρα μάλιστ' ἐπαναγορεύεται,
Ἣν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον,
Λαμβάνειν τάλαντον· ἤν τε τῶν τυράννων τις τινὰ

γαίᾳ, δένδρεσί τ' ἐφεζόμενα ἀποβόσκεται γένυσι πολυφάγοις πάντα καρπὸν αὐξανόμενον ἐκ κάλυκος. Perperam. Diſtinguuntur h. l. animalcula, quae fruges terrae, et quae fructus arborum laedant. Δένδρεσι ἐφεζόμενα autem dicitur, quaſi praeceſſerit θηρία, quod non rarum eſt. γένυσιν et v. 1068. φθείρουσιν ſcripſi metri cauſa. vulgo ν deerat. Κάλυξ proprie dicitur Graecis de flore roſae nondum expanſo. Cyrill. Lex. mſ. ap. Biel. Theſ. Philol. T. II. p. 103. Κάλυξ· ἄνθος ῥόδου μήπω ἀνοιχθέν. Add. Suid. Heſ. H. l. eſt flos cuiusuis plantae ſimpliciter, αὐξανόμενα autem cum πάντα coniungendum. Πάντα ἐν γαίᾳ αὐξανόμενα ἐκ κάλυκος ἀποβόσκεται. Γένυς, quod proprie de mento, de maxilla, de gutture dicitur, h. l. eſt *os*, fere ſic Eur. Phoen. 1389. de apris θήγειν ἀγρίαν γένυν.

1067. Εὐώδης eſt bonum odorem ſpargens, vt κυπάρισσος εὐώδης Hom. Od. 5, 64. φθείρειν λύμαις eſt quod alibi λυμαίνεσθαι vel βλάπτειν. Nam λύμη eſt βλάβη, φθορὰ Heſ. et Schol. Aeſch. Prom. 891. Et mox ἐν φοναῖς ὄλλυται (Cod. Vat. ἐξόλλυται) eſt φονευόμενα ὄλλυται. Paullo ante Reiſk. εἶσιν (*it*) ὑπ' ἐμὰς πτέρυγας.

1072. Diagoras fuit Melius (non Mileſius, v. Weſſ. ad D. S. T. I. p. 405.) qui dicebatur atheus (nam, an fuerit, multi veterum iam dubitarunt, Cic. N. D. 3, 37. Weſſ. l. l. p. 546.) et contemſit myſteria Athenienſium (Schol. h. l. et ex eo Suidas); timore populi fugit ex Attica. Itaque Athenienſes publice edixerunt (id eſt ἐπαναγορεύεσθαι; nam male olim erat ἐπαναχορεύεται in antiquis ante Kuſt. edd.; eſt enim ἀναγορεῦσαι praeconum publice aliquid pronuntiantium, vid. Poll. 8, 138. Reiſk. Ind. Dem. atque eodem modo compoſitum accipio; neque enim aſſentiri poſſum Abreſchio Diſſ. Thuc. p. 624. qui locum ita interpretabatur: ἀναγορεύεται ἐπὶ Διαγόρᾳ τῷ Μηλίῳ, τάλαντον λαμβάνειν, ἤν τις ὑμ. ἀποκτ. αὐτόν), vt talentum daretur ei, qui Diagoram interficeret, duo ei, qui adduceret viuum. vid. Diod. S. 13, 6. L. Bos Obſſ. Crit. p. 74. Obiter Diagoram commemorauit etiam Lyſias c. Andoc. p. 214. T. V. Oratt. Reiſk.

1074. λαμβάνειν Grammatici expli-

Τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν.
Βουλόμεσθ' οὖν νῦν ἀνειπεῖν ταῦτα χ' ἡμεῖς ἐνθάδε·
Ἤν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον,
Λήψεται τάλαντον· ἢν δὲ ζῶντ' ἀγάγῃ, τέτταρα·
Ὅτι συνείρων τοὺς σπίνους πωλεῖ καθ' ἑπτὰ τοῦ 'βολοῦ·
Εἶτα φυσῶν τὰς κίχλας δείκνυσι, καὶ λυμαίνεται·
Τοῖς τε κοψίχοισιν εἰς τὰς ῥῖνας ἐγχεῖ τὰ πτερά·

explicant λαμβανέτω. v. Moer. p. 242. Subintelligi potius poteſt ὥστε; etſi per ſe verum eſt, Infinitiuos interdum Imperatiuorum gerere vicem. vid. Hemſterh. ad Plut. p. 196. Bergl. ad Ran. 133. 170. Koen. ad Greg. Cor. p. 198. — Quid verba ſequentia ἤντε τῶν τυρ. — λαμβ. hic ſibi velint, non video; nam cum Diagora non cohaerent et frigidiſſima ſunt haec τεθνηκότων ἀποκτείνῃ. Temere enim Schol. τεθνηκότων explicat ἐπὶ θανάτῳ φευγόντων. Alter Schol. legiſſe videtur ἀνηκόντων pro τεθνηκότων (neceſſariorum, affinium, tyranni). Verba eius ſunt: τινὲς, τινὰ (haec corrupta), ὡσεὶ ἔλεγε, τινὰ τῶν ἀνηκόντων αὐτῶν ὃς ἐὰν φονεύσῃ. Sed nihil definio. De legibus Atticis contra eos, qui tyrannidem affectarent, cf. Petitus p. 313. ſſ.

1076. ἀνειπεῖν etiam eſt, per praeconem edicere. v. Poll. et Abreſch. l. l. Xen. Cyrip. 4, 5, 18. Exp. Cyr. 2, 2, 10. 5, 2, 14. Hellen. 3, 1, 20. Philocrates Στρούθιος eſt venditor paſſerum. vid. v. 14. Mox Kuſt. edidit e Cod. Vat. σπίνους pro vulg. σπίνγους. Etiam Pac. 1149. σπίνω, vbi Schol. σπίνος· εἶδος στρουθοῦ. Add. verſus Eubuli ap. Athen. 2, p. 65. et Aelian. N. A. 4, 60. καθ' ἑπτὰ *ſeptenos*. Haec eſt vis part. κατὰ in numeralibus.

1081. ἐγχεῖ h. l. ſimpliciter immittit, iniicit. Magis proprie hoc verbo vſus eſt Ran. 631. ἐπί τε τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων, vbi Daweſius M. Crit. p. 238. ex h. l. legi vult ἔτι δ' εἰς ῥ. ὄ. ἐ. Bene vnus Scholiaſtarum (nam reliqui nugantur): μετὰ τὸ σφάξαι πτερὰ ἐπιβάλλουσιν, ὥστε ἐξ αὐτῶν αὐτοὺς κρεμαμένους ὁραθῆναι πᾶσιν. — Παλεύειν eſt, auctoribus Grammaticis, θηρεύειν, ἀγρεύειν, diciturque de auibus, quibus aliae alliciuntur, quae ipſae aues Graecis παλεύτριαι vocantur, Latinis *illices*. (Plaut. Aſin. 1, 3, 68. Aedis nobis area eſt, auceps ſum ego, eſca eſt meretrix, lectus illix eſt, amatores aues.) v. Alb. ad Heſ. h. v. et Schol. h. l. Vnus Scholiaſtarum: οὐ περὶ κοψίχων δὲ τοῦτο, ἐπεὶ δεδεμένους ἂν εἶπεν· ἀλλὰ μετέβη ἐπὶ τὰς περιστερὰς, ἢ φάττας· vt videri poſſit verſum 1082. non legiſſe. Sed puto hoc potius vitium commentatoris, qui neglexit verſum, quam codicis, quo vſus, eſſe. Idem valet de verſu 1088., vbi, ſi quis verba Scholiaſtae (ἐν σχήματι δὲ εἴρηται ὁ λόγος· Εὔδαιμον φῦλον οἱ χειμῶνος. πρὸς γὰρ τὸ σημαινόμενον τοῦ φύλου πληθυντικὸν ἔφη τὸ οἱ) legerit, facile ſuſpicari poſſet, eum non vidiſſe verba, πτηνῶν οἰωνῶν. Αὐλὴ pr. dicebatur ὁ διαπνεόμενος τόπος. Athen. Dipnoſ. 5,

Τὰς περιστερὰς θ' ὁμοίως ξυλλαβὼν, εἵρξας ἔχει,
Κἀπαναγκάζει παλεύειν, δεδεμένας ἐν δικτύῳ.
Ταῦτα βουλόμεσθ' ἀνειπεῖν· κεἴ τις ὄρνιθας τρέφει
Εἱργμένους ὑμῶν ἐν αὐλῇ, φράζομεν μεθιέναι.
Ἢν δὲ μὴ πείθησθε, συλληφθέντες ὑπὸ τῶν ὀρνέων
Αὖθις ὑμεῖς αὖ παρ' ἡμῖν δεδεμένοι παλεύσετε.

Χο. Εὔδαιμον φῦλον πτηνῶν
Οἰωνῶν, οἳ χειμῶνος μὲν
Τὰς χλαίνας οὐκ ἀμπισχνοῦνται·
Οὐδ' αὖ θερμὴ πνίγους ἡμᾶς
Ἀκτὶς τηλαυγὴς θάλπει·
Ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων
Φύλλων κόλποις ἐνναίω,
Ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ἀχέτας,

p. 189. B. Deinde veſtibulum (non atrium, quae erat pars aedium) locus ante ianuam domus vacuus, vbi gramen virebat et pecudes alebantur. vid. Hom. Il. 11, 773. Gell. N. A. 16, 5. Periz. ad Ael. V. H. 3, 4, 3.

1088. Ἡ ἀντῳδὴ καὶ ἀντιστροφὴ ὁμοία ἐστὶ τῇ ᾠδῇ καὶ στροφῇ. καὶ αὐτὴ γὰρ κώλων καὶ στίχων ἐστὶν ιδʹ, καὶ τὰ μὲν ἔχει δακτυλικὰ ἰσόμετρα τοῖς ἐκείνοις· τὰ δὲ παιωνικὰ ἐπιμεμιγμένα κρητικοῖς. ἐπὶ τῷ τέλει αἱ συνήθεις δύο διπλαῖ ἔξω νενευκυῖαι.

1090. Τὰς χλαίνας ſcripſi, metro iubente. Vulgo τὰς deerat. cf. Strophen. Mox obſeruanda commutatio orationis in verbis ἀμπισχνοῦνται (i. e. περιβάλλονται Heſ.) et θάλπει ἡμᾶς. Sed ſolet ita communis vita variare orationem. Pro πνίγους Schol. haud dubie πνίγουσ' legit. Adſcripſit enim haec: Τινὲς τοῦ πνίγους κατὰ ἑνικήν φασιν· ἵνα ᾖ, οὐδὲ θέρους θερμασία ἐπίκειται ἡμῖν. Eſt vero πνίγους verior lectio, quia concinniorem reddit orationem. Hinc nec πνίγους cum ἀκτὶς coniungendum, cum ne dici quidem poſſit ἀκτὶς πνίγους, verum πνίγους eſt caloris tempore, aeſtate, vt χειμῶνος hieme, qui notiſſimus eſt Genitiui vſus. V. 1708. legitur ἡλίου τηλαυγὲς ἀκτίνων σέλας. Τηλαυγὲς eſt πόρρωθεν φαῖνον, λίαν λαμπρὸν Suid., quod τηλέσκοπον dixit Heſiod. Theog. 566. Conf. Biel. Theſ. phil. V. Τηλαυγής.

1094. Vulgo ante κόλποις legebatur ἐν. Et ſolent ſic verbis a praepoſitione compoſitis addi illae ipſae praepoſitiones, vt v. 1108. ἐν βαλαντίοις ἐννεοττεύω. Sed h. l. praepoſitionem illam adeſſe vetabat metrum. Antiqui interpretis errorem in vertendo verbo ἐνναίω commiſſum notauerat iam Bos Obſ. Crit. p. 87.

1095. ἀχέτας pro ἠχέτης eſt

pr. epi-

Θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἡλιομανὴς βοᾷ.
Χειμάζω δ' ἐν κοίλοις ἄντροις
Νύμφαις ὀρείαις ξυμπαίζων
Ἠρινά τε βοσκόμεθα παρθένια
Λευκότροφα μύρτα, Χαρί-
Των τε κηπεύματα.

Χο. Τοῖς κριταῖς εἰπεῖν τι βυλόμεσθα, τῆς νίκης πέρι,

pr. epitheton cicadae, τέττιγος. Heſiod. Opp. 580. ἠχέτα τέττιξ. Eſt enim *vocalis*, *canorus*, et de aliis quoque rebus dicitur. v. Alb. ad Heſ. I. p. 658. Sed deinde de ipſa cicada dictum eſt ἀχέτας. Heſ. Ἀχέτας· ὁ ἄῤῥην τέττιξ, ὁ λαλίςατος. Idem: ἠχέται· ἡδύφθογγοι τέττιγες. Ariſtot. H. A. 5, 30. p. 653. E. καλῦσι δέ τινες τὺς μὲν μεγάλυς καὶ ᾄδοντας (τέττιγας) ἀχέτας — add. Ael. N. A. 10, 44. Plin. H. N. 11, 26, 32. Noſt. Pac. 1159. θεσπέσιος propter cantum dicitur, eſtque *eximius*, praeſtans ſuo in genere. Θεσπεσίη βοὴ Hom. Od. lib. vlt. v. 49. magnus clamor.

1096. Vulgo erat ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς, quod et verſui et linguae repugnabat. Debebat enim certe eſſe ἐφ' ἡ. μ. Reſtitui ex ingenio exquiſitam et genuinam vocem, cuius vulgata lectio erat gloſſema. Biſetus iam aliter ſcriptum inuenit: Γράφεται καὶ μιᾷ λέξει, ὑφηλιομανής. Tum Suidas haud dubie ex h. l. habet: Ἡλιομανὴς, ὁ τέττιξ. ἐπιμαίνεται γὰρ τῷ ἡλίῳ. Dicuntur autem μαίνεσθαι ἐπί τινι, qui ſtudioſiſſime aliquid cupiunt et appetunt. v. Warton. ad Theocr. 30, 30. Spanh. ad Callim. Cer. 30. Valck. ad Theocr. 2, 48. Sed compoſita a verbo μαίνεσθαι vel eius rei, quae priori parte compoſiti vocabuli exprimitur, abundantiam indicant, vel nimium rei potiundae amorem. Vid. Toup. Emend. in Suid. II. p. 39. (p. 181. ſ. T. I. ed. Lipſ.) Sic ὑλομανὴς, ὁ ταῖς ὕλαις χαίρων Heſ. Ἑλλὰς δοριμανὴς nimium appetens belli, Eurip. Suppl. 485. vbi Marklandus ex Anthol. Reiſk. comparauit δυρομανῆ πόλεμον. Sic θυρσομανὴς Eurip. Phoen. 819. Muſgr. (798. Valck. 802. Brunk.) ὀρνιθομανεῖν infra v. 1284. ff. Λακωνομανεῖν v. 1290. Χρυσομανῶ Suid. h. v. Ergo ἡλιομανὴς eſt, qui maxime appetit ſolem. — χειμάζειν eſt h. l. *hibernare*, vt Dion. Halic. Antt. R. 10, 18. βόσκεσθαι pro ἀποβόσκεσθαι (1066.) dicitur. παρθένια μύρτα ſunt aut baccae myrti, quibus virgines delectantur, vt Schol. intellexit, aut potius *delicatulae*. Idem Schol. recte monuit, λευκότροφα eſſe i. q. λευκά. Ἠρινὰ pro ἦρος *vere*. Vocabulum κηπεύματα, paullo rarius, enotauit Pollux Onom. 1, 222. 7, 140. Nec videtur illud magnopere a κήπῳ differre.

1102. Πολλάκις ἐν ταῖς Παραβάσεσι καὶ οἱ ποιηταὶ λέγυσί τινα εἰς τὰ ἑαυτῶν χρήσιμα, διὰ τῦ χορικῦ προσώπυ· ὡς νῦν πρὸς τὺς κριτὰς ἀποτείνει τὸν λόγον, ὅπως ἂν αὐτοῖς ψηφίσωνται τὴν νίκην. Ergo

Οἷς ἀγάθ', ἢν κρίνωσιν ἡμᾶς, πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν,
Ὥςε κρείτ]ω δῶρα πολλῷ τῶν Ἀλεξάνδρε λαβεῖν.
Πρῶτα μὲν γὰρ, ὃ μάλιςα πᾶς κριτὴς ἐφίεται,
Γλαῦκες ὑμᾶς ὄ ποτ' ἐπιλείψεσι Λαυριωτικαὶ,
Ἀλλ' ἐνοικήσεσιν ἔνδον, ἔν τε τοῖς βαλαντίοις
Ἐννεοττεύσεσι, κἀκλέψεσι μικρὰ κέρματα·

Ergo *νίκη* eſt victoria theatralis. Vid. ad v. 445. Similis parabaſis eſt Nub. 518. ſſ. vbi Spanhemius laudauit locum Ariſtidis Oratoris, qui (T. I. p. 504. Iebb.) *Καὶ ὁπόση τις*, inquit, *ἔν γε ταῖς καλεμέναις παραβάσεσι νεθεσία καὶ παίδευσις ἦν, ἐῶ λέγειν.*

1103. *κρίνειν* h. l. eſt victoriam adiudicare. vid. Schol. v. 1114. Significatione conuenit, ſed conſtructione differt illud Sophocleum (Aiac. 444.) *κρίνειν ἔμελλε κάρτος ἀριςείας τινί.* — Formula *οἷς ἀγαθ' — αὐτοῖς δώσομεν* offendit Daweſium Miſc. Cr. p. 299. qui pro *οἷς* legit *ὅσ'*. Sed *ὅσα* huic loco non conuenit. Aliter eſt in Plut. 112. *Σὺ δ' ὡς ἂν εἴδῃς, ὅσα παρ' ἡμῖν ἢν μένῃς Γενήσετ' ἀγαθὰ* — quem locum fruſtra etiam ſollicitauit idem Daweſius. Neque nouum eſt, *αὐτὸς* ſic poſt *ὃς* redundare. Infra v. 1237. *οἷς θυτέον αὐτοῖς*; fere vt Apoc. Ioh. 7, 9. *ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν* — Aliis etiam modis *αὐτὸς* pleonaſtice ponitur, vt Ioſeph. Arch. 12, 3, 3. *Τὰς γὰρ Ἰεδαίες — ἔτυχεν αὐτὲς* — Thucyd. 4, 93. *Τῷ δὲ Ἱπποκράτει — ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη*, vbi Duck. et Intpp. Matth. 4, 16. 5, 40. et 21, 41. Inprimis poſt Genitiuos, quos conſequentiae vocant, redundat, vt Thuc. 1, 114. 6, 82.

1104. *τῶν Ἀλεξάνδρε.* *Τῦ Πάριδος, ὧν ἔλαβε παρὰ τῆς Ἀφροδίτης.* v. Dorv. ad Char. p. 169. Mox *πρῶτα* pro *πρῶτον* e cod. Vat. recepit Kuſt. Similiter Plut. 711. V. Spanh. ad Plut. 46.

1106. *Ἡ γλαὺξ ἐπὶ χαράγματος ἦν τετραδράχμε, ὡς Φιλόχορος. ἐκλήθη δὲ τὸ νόμισμα τὸ τετράδραχμον τότε ἡ γλαὺξ (ἦν γὰρ γλαὺξ ἐπίσημον, καὶ πρόσωπον Ἀθηνᾶς) τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημόν τε βῦν ἐχόντων.* Schol. Vid. omnino Hemſterh. ad Poll. Onom. p. 1029. et 1032. vbi etiam numi tales conſpici poſſunt, Eiſenſchmid. de Menſ. et Pond. p. 42. et 144. aliique Atticarum Antiquitatum ſcriptores. Vocantur hi numi *γλαῦκες Λαυριωτικαὶ*, a Laurio monte, vbi metalli fodinae Athenienſium erant. vid. Schol. Veſp. 361. Herod. 7, 144. Non ipſa res publica, ſed ſinguli quidam ciues, metalla erui per ſeruos curabant, et eo modo ante bellum Peloponneſiacum diteſcebant. Nam poſt illud bellum exigui inde ſperari poterant reditus. V. Weſſ. ad Diod. S. T. I. p. 359. et Cl. Meiners Comm. de luxu Athenienſium p. 56. ſ.

1108. *ἐκλέπειν* eſt *excludere*, vt gallinae dicuntur excludere oua, vt Cratinus ap. Athen. l. 9. p. 373. extr. *ἐπὶ τῷδ' ἐπώαζεσαν, ὡς ἂν ἐκλέψῃς* (vel *ἐκλέπειν καλόν*). Et Ariſtoteles ap. eundem Athen. 9, p. 397. B. *ἐκλέπει δὲ καὶ ἐπωάζει ὥσπερ ἡ*

ἀλεκτο-

Εἶτα πρὸς τούτοισιν, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε.
Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν.
Κἂν λαχόντες ἀρχίδιον, εἶθ᾽ ἁρπάσαι βούλησθέ τι,
Ὀξὺν ἱερακίσκον ἐς τὰς χεῖρας ὑμῖν δώσομεν.
Ἢν δέ που δειπνῆτε, πρηγορεῶνας ὑμῖν πέμψομεν.
Ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν,
Ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν, ὃς ἂν μὴ μήνην ἔχῃ,
Ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλιστ᾽ οὕτω δίκην
Δώσεθ᾽ ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ, ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πει. Τὰ μὲν ἱερ᾽ ἡμῖν ἐστὶν, ὦ ὄρνιθες, καλά.

ἀλεκτορίς. cf. Intpp. Heſ. T. I. p. 1139. et Ariſtot. H. A. 6, 8. Κέρματα numuli minores, vt Plut. 379.

1110. Ἀετοὶ erant faſtigia templorum, ſculptis imaginibus ornata. V. Valck. Diatr. in fr. Eur. p. 214. ſ. Harpocration: Ἀετὸς τῶν οἰκοδομημάτων τὸ κατὰ τὸν ὄροφον, ὅ τινες ἀέτωμα λέγουσιν. Laudatur ibi locus noſter. Etiam Heſ. habet haec: Ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν· στεγάσομεν πρὸς ἀέτωμα. add. Pollux 7, 119. Suid. V. Ἀετώματα. Ἐρέφειν πρὸς αἰετὸν non poteſt aliter explicari, quam, conficere aquilam, tecti faſtigium. Conuenit quodammodo Solini (c. vlt. Polyhiſt.) aedes ad culmen faſtigiata.

1112. ὀξὺν ἱερακίσκον, qui ſcil. rapiat. Didymus ap. Schol. haec non intellexit, dum interpretabatur: τάχος ὡς ἱέρακος, ἵνα ταχέως φύγῃ. Ὀξὺς eſt celer, vel celeriter rapiens. Cf. Tho. M. p. 651. — Mox Didymus ap. Schol. tradit πρηγορεῶνας vocari proprie τοὺς βρόγχους τῶν ὀρνέων τοὺς λεγομένους προλάβους· ὅτι συλλέγεται ἐν αὐτοῖς τὰ σιτία. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων πρηγορεὼν πάλιν ὁ βρόγχος. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ συναθροίζειν ἐκεῖ τὴν τροφήν. Eſt igitur noſtrum *Kropf*. Add. Heſ. p. 1018. Poll. 2, 204. Μηνίσκοι et μῆναι ſunt τὰ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς τῶν ἀνδριάντων τιθέμενα, ἵνα μὴ τὰ ὄρνεα ἐπικαθέζηται, Heſ. vbi v. Alb. et Schol. h. l. Sed χαλκεύεσθαι μηνίσκους eſt ποιεῖσθαι (*ſibi* confici iubere) χαλκοῦς μηνίσκους. Sic χαλκεύειν ex aere conficere Plut. 163. 513. Iliad. Σ, 400. — φορεῖν pro ὥστε φορεῖν *geſtandos*. Notus eſt vſus Infinitiui vel ex Vigero de Idiot. p. 201. vbi non ſuo loco verba Lyſiae laudauit Cl. Zeunius.

1115. ἂν poteſt corripi, etiam ſequente μή. Malim tamen pro hoc οὐ. Nimia eſt medela, quam Kuſt. ſuadet: Ὥσπερ ἀνδριάντες· ὡς μήνην ἐάν τις μὴ φορῇ. Mox debebat proprie eſſe ἔχῃ et δώσει, ſed verba ὡς ὑμῶν — ἔχῃ ſunt collectiua. Itaque recte Pluralis ſequitur.

1118. Κορωνὶς εἰσιόντων αὖθις ὑποκριτῶν. οἱ δὲ στίχοι ἰαμβικοὶ τρίμε-

'Αλλ' ὡς ἀπὸ τȣ̃ τείχȣς πάρεςιν ἄγγελος
Οὐδεὶς, ὅτȣ πευσόμεθα τἀκεῖ πράγματα;
'Αλλ' ȣ̔τοσὶ τρέχει τις 'Αλφειὸν πνέων.
Αγ. Πȣ̃, πȣ̃ 'ςι; πȣ̃, πȣ̃, πȣ̃ 'ςι; πȣ̃, πȣ̃, πȣ̃, 'ςι, πȣ̃;
Πȣ̃ Πεισθέταιρός ἐςιν ἄρχων; Πει. ȣ̔τοσί.
Αγ. Ἐξῳκοδόμηταί σοι τὸ τεῖχος. Πει. εὖ λέγεις.
Αγ. Κάλλιςον ἔργον καὶ μεγαλοπρεπέςατον.
Ὥς' ἂν ἐπάνω μὲν Προξενίδης ὁ Κομπασεὺς

τρίμετροι ἀκατάληκτοι ο' ἂν τελευταῖος· Τόξευε πᾶς τις· σφενδόνην τίς μοι δότω. Ἐπὶ τῷ τέλει κορωνίς.

Sacrificio facto redit Piſthetaerus in ſcenam. καλὰ ἱερὰ ἡμῖν eſt Lat *litauimus*, quod Graecis vno verbo καλλιερεῖν dicitur; vt Xen. Cyr. 3, 2, 2. et Exp. Cyr. 4, 3, 7. καλὰ ἦν τὰ ἱερὰ αὐτῷ, quod l. 1, 5, 6. καλλιερεῖσθαι. — Poſt verſum 1120. poſui interrogationis notam, quam ſenſus, credo, poſtulabat. Sed part. ὡς ante ἀπὸ redundat. Fere particulis εἰς, ἐπὶ, et πρὸς pleonaſtice additur. v. Cl. Fiſch. Ind. Aeſch. Socr. S. V. Morus Ind. Xenoph. Hell. et Erneſti ad Mem. Xen. 2, 7, 2. Reiſkius putabat, ὡς hic valere ὅτι, *quod. miror, quod nullus* — aut legendum ἄλλως δ' ἀπὸ *de caetero vero* — Vtrumque non placet.

1121. 'Αλφειὸν πνέων. Symmachus apud Schol. explicat: ȣ̔́τω συντόνως τρέχει, ὡσεὶ 'Ολυμπιακὸς ςαδιοδρόμος. Sed addit Schol. ἢ ἀπὸ τȣ̃ παραῤῥέοντος ποταμȣ̃. ἀντὶ τȣ̃ δίκην ῥεύματος ταχέως φερόμενος. Vtrumuis probetur, manet imago celeritatis in currendo et anhelitus inde ſequentis, quam etiam ſequentia verba monſtrant. Praefero tamen Symmachi rationem. Nimirum 'Αλφειὸς fluuius Elidis (Virg. Georg. 3, 19.) ponitur pro curſu, apud eum fluuium inſtituto. Iam πνεῖν τινὸς dicuntur, qui aliqua re pleni ſunt et referti, qui redolent aliquid; πνέειν τι, qui cogitant aliquid, cupiunt, affectant; vt Simon. in Anthol. 3, 25, 49. μέλη πνείοντα χαρίτων καὶ ἐρώτων, Eqq. 435. κακίας πνεῖν καὶ συκοφαντίας. Anacr. Od. 9, 5. πνέειν μύρων. (Ad hunc modum et hic ſcribi poſſit 'Αλφειȣ̃.) Ran. 1088. δόρυ πνέοντας καὶ λόγχας. add. Lyſiſtr. 276. πνέειν μένεα apud Hom. ſaepius. Itaque πνέειν 'Αλφειȣ̃ (nam ita malim pro 'Αλφειὸν) referre, redolere, curſum Olympicum, tam celeriter cucurriſſe, ita anhelare, vt curſor in ſtadio Olympico.

1126. Proxenides et Theagenes homines vani erant et oſtentatores, vnde ille dicitur κομπασεὺς, a κόμπῳ iactantia. De Theagene vid. ad v. 821. de Proxenide Sch. ad Veſp. 324. Hinc intelligitur, etiam muri latitudinem fictam eſſe. Ἐκ τȣ́των πιςȣ̃ται τὸ ἀνυπόςατον τȣ̃ τείχȣς· ἐπειδὴ καπνοὶ ἦσαν, καὶ κομπασαί. καὶ μόνον ὑπόσχεσις. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τȣ̃ τείχȣς οἰκοδομή. Schol. Caeterum ipſa latitudo muri non videtur nimia

eſſe,

Καὶ Θεαγένης ἐναντίω δύ' ἅρματε,
Ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ Δούριος,
Ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίτην. Πει. Ἡράκλεις.
Αγ. Τὸ δὲ μῆκός ἐστι, καὶ γὰρ ἐμέτρησ' αὔτ' ἐγώ,
Ἑκατοντόργυιον. Πει. ὦ Πόσειδον τοῦ μάκρους.
Τίνες ᾠκοδόμησαν αὐτὸ τηλικουτονί;
Αγ. Ὄρνιθες, οὐδεὶς ἄλλος, οὐκ Αἰγύπτιος
Πλινθοφόρος, οὐ λιθουργὸς, οὐ τέκτων παρῆν,
Ἀλλ' αὐτόχειρες, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.
Ἐκ μέν γε Λιβύης ἧκον ὡς τρισμύριαι
Γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους.

esse, si compararetur cum iis, quae de muris Nini Diodorus Sic. (2, 4.) et Babylonis Herodotus (1, 179.) tradiderunt. παρελαύνειν h. l. actiue legitur, cum alias ſit praeteruehi (Hom. Od. μ, 186.) vel praeterire (Iliad. ψ, 382.) Sed hic eſt agitare currus ita, vt ſe praetereant. Pro ὥστ' ἂν ἐπάνω (vt Kuſt. e Cod. Vatic. edidit) olim legebatur: ὥστ' ὑπεράνω — ſed ὑπεράνω dicitur de iis, quae ſunt euecta ſupra locum aliquem. Ad Δούριος Schol. adſcripſit haec: Οὐ πιθανὸν κοινῶς λέγειν αὐτὸν, ἀλλὰ περὶ τοῦ χαλκοῦ, τοῦ ἐν Ἀκροπόλει. ἀνέκειτο γὰρ ἐν Ἀκροπόλει Δούριος ἵππος (Pauſan. Att. 1, 23. Alb. ad Heſ. h. v.), ἐπιγραφὴν ἔχων· Χαιρέδημος Εὐαγγέλου ἐκ Κοίλης ἀνέθηκε. δύναται δὲ ὁ ἐν Ἰλίῳ λαμβάνεσθαι. ἐν Ἀκροπόλει δὲ χαλκοῦς ἵππος ἀνέκειτο κατὰ μίμησιν τοῦ Ἰλιακοῦ. Malim hunc poſteriorem intelligere, cuius magnitudo celebrior fuit. v. Eur. Troad. 14.

1131. Ὀργυιὰ eſt ſpatium, quod abſoluunt expanſa brachia, et 100. ὀργυιαὶ efficiunt, auctore Herodoto, ſtadium 600. pedum. V. Weſſel. ad Diod. S. 1. p. 290, 67. Quarta ſyllaba in ἑκατοντόργ. breuis eſt, quo confirmatur obſeruatio Toupii ad Theocr. 26, 21. μάκρους neminem interpretum offendit, praeter Reiſkium, qui ſubſtituit μάκους, ſed haec eſt Dorica forma, in ſenario iambico vix ferenda. Inuſitatum quidem eſt τὸ μάκρος, nec analogiae bene conuenit, legit tamen illud Scholiaſtes.

1133. Αἰγύπτιος πλινθοφόρος· οἱ Αἰγύπτιοι κωμῳδοῦνται ὡς ἀχθοφόροι. Schol. Conf. Ran. 1453. ibique Spanhem. Αὐτόχειρ proprie eſt, qui ſua aliquid facit manu. Herodian. p. 474. Pierſ. αὐτοχειρίᾳ πράττειν ἐπὶ παντὸς αὐτουργοῦντος. Sic Lyſiſtr. 269. H. l. ſimpliciter vertendum: *ipſae*.

1137. Γέρανοι θεμελίους. Διὰ τὸ ἐν ὕψει πέτεσθαι, καὶ τῇ εἰς εὐθὺ ὁρμῇ τὴν ἐπὶ τὰ κάτω θέαν ἐμποδίζεσθαι, λίθους βαστάζουσιν, ὅπως κάμνουσαι τῇ πτήσει ῥίπτοιεν καὶ αἴσθοιντο, πότερον ἐπὶ γῆς ἢ ἐπὶ θαλάσσης φέρωνται, καὶ εἰ μὲν ἐπὶ θαλάσσης ἦχοι ὁ λίθος, ἀνύουσι τὴν ὁδὸν, εἰ δὲ ἐπὶ γῆς, ἀναπαύονται. Schol. Alia attulit

Τῦτυς δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν·
Ἕτεροι δ' ἐπλινθοφόρυν πελαργοὶ μυρίοι·
Ὕδωρ δ' ἐφόρυν κάτωθεν εἰς τὸν ἀέρα
Οἱ χαραδριοὶ, καὶ τἄλλα ποτάμι' ὄρνεα.
Πει. Ἐπηλοφόρυν δ' αὐτοῖσι τίνες; Αγ. ἐρωδιοὶ
Λεκάναισι. Πει. τὸν δὲ πηλὸν ἐνεβάλλοντο πῶς;
Αγ. Τῦτ' ὦ 'γάθ' ἐξεύρητο καὶ σοφώτατα.
Οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες, ὥσπερ ταῖς ἄμαις,
Ἐς τὰς λεκάνας ἐνέβαλλον αὐτοῖν τοῖν ποδοῖν.
Πει. Τί δῆτα πόδες ἂν ὐκ ἂν ἐργασαίατο;
Αγ. Καὶ νὴ Δί' αἱ νῆτταί γε περιεζωσμέναι

Schol. ad v. 1429. Πολλάκις καὶ χειμῶνος ἕνεκα περιφέρυσι τὺς λίθυς αἱ γέρανοι πρὸς τὸ μὴ παραφέρεσθαι ἀνέμοις. Sed iam Ariſtoteles haec omnia ad fabulas retulit, Hiſt. An. 8, 12. αἱ γέρανοι — πέτονται πρὸς τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ περὶ τῦ λίθυ ψεῦδός ἐστι. Θεμέλιοι λίθοι lapides, qui fundamenti loco ponuntur. Habet, forte ex h. l., Pollux 7, 123.

1137. Τύκος ἐργαλεῖόν τι, ᾧ τὺς λίθυς περιτύκυσι καὶ ξέυσιν. ἐπιτήδειον δὲ ἔργον τοῖς μακρὸν ἔχυσαις ῥύγχος. Κρὲξ δὲ εἶδος ὀρνέυ, ὀξὺ πάνυ τὸ ῥύγχος καὶ πριονῶδες ἔχον. Auis haec commemoratur ap. Herodot. 2, 76. vbi gloſſarium dicit eſſe ὄρνεον δυσοιώνιστον τοῖς γαμυμένοις. Ergo videtur fuiſſe ſpecies cornicis, coll. Aelian. N. A. 3, 9. De τυκίζειν v. Poll. 7, 125.

1144. Malim: Εὖ, ὦ 'γαθ', ἐξ. — Alias καὶ ante σοφώτατα non ſatis commodum eſt. Sic v. 361. εὖ γ' ἀνεῦρες αὐτὸ καὶ στρατηγικῶς, vbi v. Not. Nolui tamen aliquid mutare hic; ſed v. 1147. ſcripſi αὐτοῖν partim quia ita legitur in ed. a. 1624., partim quia αὐτοῖς non habet, quo recte referatur (nam τοῖς ἐρωδιοῖς nimis remotum eſt), partim quia τοῖν ποδοῖν ſimpliciter, omiſſa part. σὺν, non dicitur graece. Sed ante Subſtant. cum αὐτὸς ſolet haec praepoſitio ſaepius omitti Atticis. v. Schol. Eurip. Phoen. 3. Xen. Cyrop. 1, 4, 7. αὐτοῖς τοῖς ἵπποις. Exp. Cyr. 1, 3, 17. αὐταῖς ταῖς τριήρεσι. add. Veſp. 1440. Wart. ad Theocr. 22, 16. Verbum ὑποτύπτειν illuſtrauit poſt Kuſterum copioſiſſime Valck. ad Herod. p. 264, 45. docuitque valere *eruere, egerere*. Ἄμη vel Ἄμη non ſolum eſt falx, ſed etiam ligo, inſtrumentum fodiendi. v. Photius ap. Alb. ad Heſ. h. v. Ducker. ad Thuc. p. 254. Caeterum recte Schol. monuit, anſeres huic negotio adhiberi potuiſſe, διὰ τὸ πλατύποδας τῶν ἄλλων μᾶλλον εἶναι.

1147. Παρὰ τὴν παροιμίαν· Τί δῆτα χεῖρες ὐκ ἂν ἐργασαίατο. Schol. Habet hinc Eraſmus p. 368. De duplici ἂν Gregor. Cor. p. 18.

1148. Ἡ νῆττα εἶδος ὀρνέυ, ἔχον τὴν πτέρωσιν ἐκ φύσεως ὥσπερ ζώνην λευκήν. τῦτο ὖν ἔπαιξεν, ὡς ἂν ἐζωσμένην εἰρηκὼς αὐτήν.

Ἐπλινθοφόρουν· ἄνω δὲ τὸν ὑπαγωγέα
Ἐπέτοντ' ἔχουσαι κατόπιν, ὥσπερ παιδία
Τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στόμασιν, αἱ χελιδόνες.
Πει. Τί δῆτα μισθωτοὺς ἂν ἔτι μισθοῖτό τις;
Φέρ' ἴδω· τί δαί; τὰ ξύλινα τοῦ τείχους, τίνες
Ἀπειργάσαντ'; Αγ. ὄρνιθες ἦσαν τέκτονες
Σοφώτατοι πελεκᾶντες, οἳ τοῖς ῥύγχεσιν
Ἀπεπελέκησαν τὰς πύλας· ἦν δ' ὁ κτύπος
Αὐτῶν πελεκάντων, ὥσπερ ἐν ναυπηγίῳ.
Καὶ νῦν ἅπαντ' ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις,

αὐτήν. Schol. Vereor, ne haec ratio nimis longe repetita ſit. Ὑπαγωγέα dicunt Scholl. eſſe inſtrumentum quoddam, et alter quidem eorum, ξυστῆρα, πλατὺ σίδηρον, ᾧ ξύουσι τὸν πηλὸν, alter σιδηροῦν τι, οἷον πτυΐδιον, ᾧ ἐχρῶντο οἱ κονιαταὶ, aut ἐργαλεῖον οἰκοδομικὸν, ᾧ ἀπευθύνουσι τὰς πλίνθους πρὸς ἀλλήλας, quod et παράξυστον vocetur. Sed addit: εἰ μὴ ἄρα πηλόν τινα ὑπαγωγέα καλοῦσι. τοιοῦτον γάρ τι καὶ Ἕρμιππος ἐν τοῖς Τριμέτροις ἐμφανίζει. Et ſi ὑπαγωγέα coniungitur cum πηλόν, quod vulgaris interpunctio ſuadet, non poteſt aliter accipi. Etiam Heſych. ita interpretatur, ad quem v. Alb. add. Suidas, qui auctioribus vſus eſt Scholiis in Ariſtoph. Sed non video, quomodo χελιδόνες dici poſſint geſtaſſe πηλὸν ὑπαγωγέα et κατόπιν et ἐν στόμασι. (Reiſkius malebat ἔν τε τόμασιν, tam in dorſo, quam in roſtris.) Ergo haec diſtinguenda, et verba τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στόμασιν a reliquis ſeparanda ſunt, vt ordo inſtituatur hic: αἱ χελιδόνες ἄνω ἐπέτοντο, ἔχουσαι τὸν (μὲν) ὑπαγωγέα κ. ὥ. π., τὸν (δὲ) πηλὸν ἐν τ. σ. ὑπαγωγεὺς autem eſt inſtrumentum, quo in poliendis parietibus, caemento obductis, vtebantur. v. Pollux.

1152. μισθωτοὶ ſunt homines mercede conducti, atque adeo μισθωτοὺς μισθοῦσθαι pro μισθωτοὺς λαβεῖν vel μισθοῦσθαι ſimpliciter dicitur. Mox τί δαὶ, vt Lat. *quid vero*, eſt *porro*. v. Hemſterh. ad Plut. 906. Ad πελεκᾶντες bene monuit Schol.: παρὰ τὸ πελεκᾶν τὰ ξύλα, τῷ ὀνόματι τῆς ὄρνιθος πιθανῶς ἐχρήσατο παίζων· καὶ ὅτι ῥάμφος ἔχει μέγα. Antonin. Lib. f. 11. Πολύτεχνος δὲ μεταβαλὼν ἐγένετο πελεκᾶν, ὅτι Ἥφαιστος αὐτῷ ἔδωκεν πέλεκυν τεκταίνοντι. Eſt autem πελεκᾶς auis, quae Plinio (10, 40.) platea, Ciceroni (N. D. 2, 49.) platalea dicitur. Add. Bochart. Hieroz. P. II. L. II, c. 24. πελεκᾶν et ἀποπελεκᾶν non tam ſecuri caedere, quam dolare (behauen) eſt. vid. Hom. Od. 5, 244. Bene autem pro πελεκάντων Daweſius p. 300. et Reiſk. emendant πελεκώντων. Ναυπήγιον locus, vbi naues conſtruuntur (Schiffswerfte).

1158. πυλοῦν aditum munire (Xen. Hell. 5, 4, 34.), h. l. eſt ſimpliciter munire. Sic mox βαλανοῦν partem notionis, quam

Καὶ βεβαλάνωται, καὶ φυλάττεται κύκλῳ,
Ἐφοδεύεται, κωδωνοφορεῖται, πανταχῆ
Φυλακαὶ καθεστήκασι, καὶ φρυκτωρίαι
Ἐν τοῖσι πύργοις. ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν ἀποτρέχων
Ἀπονίψομαι· σὺ δ᾽ αὐτὸς ἤδη τἄλλα δρᾶ.

ΧΟΡΟΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ, ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ.

Χο. Οὗτος, τί ποιεῖς; ἆρα θαυμάζεις, ὅτι
Οὕτω τὸ τεῖχος ἐκτετείχισται ταχύ;
Πει. Νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγε· καὶ γὰρ ἄξιον·
Ἴσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεταί μοι ψεύδεσιν.
Ἀλλ᾽ ὧδε φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος
Ἐσθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο, πυῤῥίχην βλέπων.

proprie habet, amittit. Βάλανοι autem ſunt τὰ μάγγανα τῆς κλειδώσεως, Schol. *Obices*. Thuc. 2, 4. p. 100. τὰς πύλας ἔκλεισε στυρακίῳ ἀκοντίου χρησάμενος ἀντὶ βαλάνου εἰς τὸν μοχλὸν, vbi vid. Schol. et Ducker. Annot. ad Schol. p. 623. etiam Spanh. Add. ad Thuc. p. 627. Etiam Veſp. 200. καὶ βάλανον ἔμβαλλε εἰς τὸν μοχλόν. Ad v. 155. eiusd. fab. Schol. notauit βάλανον κυρίως eſſe τὸ εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον. — Κύκλῳ ex omni parte. Ἐφοδεύεσθαι eſt obire, circuire excubias (viſitiren). Xen. Hell. 2, 4, 15. δι᾽ ἀπιστίαν ἐφωδεύοντο. 5, 3, 22. ἐφοδεύων τὰς φυλακάς. Φρυκτωρίαι dicuntur proprie ii, qui in turribus ſpeculantur, num hoſtes aduenіant, vt eorum aduentum ignibus ſublatis (qui φρυκτοὶ dicuntur) indicare poſſint. Suidas: φρυκτωρία· ἡ διὰ τῶν πύργων παραφυλακὴ νυκτερινὴ, ἢ λαμπὰς, ἢ καῦσις, παρὰ τὸ πυρσὸν (l. φρυκτὸν, ἤγουν πυρσὸν) καὶ τὸ ὁρεῖν, ὅ ἐστι φυλάττειν. Conf. Stanlei. ad Aeſch. Agam. 1. Intpp. Heſ. V. Ἐφρυκτωρήθησαν.

1163. Ἀπονίψομαι. ἦν (vel ἦλθεν) γὰρ ἀπὸ πηλοῦ, ἢ κονίας, ὡς ἀπὸ τῶν ἔργων. Schol.

1166. ἄξιον ſcil. θαυμάζειν, aequum eſt, oportet, mirari. vt v. 547. οὐ ζῆν ἄξιον. Mox Pluralis ἴσα pro Sing. ἴσον ponitur, vt ſaepe Plurales Adiectiuorum in neutro genere leguntur. Sic Eurip. Hipp. 269. ἄσημα ἡμῖν ἥτις ἐστὶν νόσος, vbi v. Schol. Valck. ad Hipp. 371. Weſſel. ad Herod. pag. 386. Barneſ. ad Eurip. Herc. F. 583.

1169. πυῤῥίχην βλέπων. ἔνοπλον καὶ πολεμικόν τι. Ἐνόπλιος γὰρ ὄρχησις ἡ πυῤῥίχη. Schol. De Pyrrhiche haec ſcripſit Athenaeus L. 14. p. 630. πυῤῥίχη, γυμνοπαιδικὴ (ſcil. ὄρχησις)· καὶ ἔστιν ὁμοία ἡ πυῤῥίχη τῇ σατυρικῇ· ἀμφότεραι μὲν γὰρ διὰ τάχους. πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυῤῥίχη. ἔνοπλοι γὰρ αὐτὴν παῖδες

Αγ. Ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰού.
Πει. Τί τὸ πρᾶγμα τουτί; Αγ. δεινότατα πεπόνθαμεν.
Τῶν γὰρ θεῶν τις ἄρτι τῶν παρὰ τοῦ Διὸς,
Διὰ τῶν πυλῶν εἰσέπτατ᾽ εἰς τὸν ἀέρα,
Λαθὼν κολοιοὺς φύλακας ἡμεροσκόπους.
Πει. Ὦ δεινὸν ἔργον καὶ σχέτλιον εἰργασμένος.
Τίς τῶν θεῶν; Αγ. οὐκ ἴσμεν· ὅτι δ᾽ εἶχε πτερὰ,
Τοῦτ᾽ ἴσμεν. Χο. οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν
Πέμψαι κατ᾽ αὐτὸν εὐθύς; Αγ. ἀλλ᾽ ἐπέμψαμεν
Τρισμυρίους ἱέρακας ἱπποτοξότας·
Χωρεῖ δὲ πᾶς τις ὄνυχας ἠγκυλωμένος,

δες ὀρχοῦνται. Conf. Spanh. ad Callim. Iov. 52. et omnino Periz. ad Aelian. V. H. 3, 8, 5. Βλέπειν autem in tali loquendi forma eſt, vultum habere, vt Plut. 328. βλέπειν Ἄρη, Acharn. 565. βλέπειν ἀστραπάς. ad quem locum plura congeſſit Bergl. δεινὸν βλέπειν Theocr. Id. 23, 12. φόβον βλ. Aeſch. S. C. Th. 500. Paullo ante v. 1168. reuocaui γὰρ, quod eſt in omnibus edd., praeter Kuſter. nec poteſt recte abeſſe per metri leges. Prima enim voc. φύλαξ ſyllaba breuis eſt. v. Eur. Hipp. 1399. Malim tamen pro γὰρ legi τις. Sic dicitur τις τῶν ἔνδοθεν, τις τῶν ἐκεῖθεν, v. Daweſ. M. Crit. p. 212.

1173. εἰς τὸν ἀέρα. Δέον εἰπεῖν εἰς τὴν πόλιν, Schol. Mox ἡμεροσκόποι ſunt οἱ ἐν ἡμέρᾳ φρουροῦντες, Schol. add. Lyſiſtr. 849. Xen. Hell. 1, 1, 2. Plane, vt noſter, Euripides dixit λεληθέναι σκοπούς Helen. 1190.

1175. Reiſkius malebat: Ὁ δεινὸν ἔργον σχέτλιόν τ᾽ εἰργασμένος Τίς τῶν θεῶν; Non vidi cauſam mutationis. Nam εἰργασμένος recte poteſt pro εἰργασμένου dici. Si quid mutandum ſit, malim ſcribi εἰργασμένοι, vt referatur ad φύλακας.

1177. περίπολοι ſunt tirones, qui non in bella, extra fines Atticae gerenda, educebantur, ſed Atticum agrum obibant et defendebant. Vid. Harpocr. h. v. Pollux 8, 105. et quos laudant Waſſius et Ducker. ad Thuc. p. 276. ſ. Apud Thucyd. 8, 92. commemoratur et περιπόλαρχος. Ἱπποτοξόται erant equites ſagittarii, Athenienſibus vſitati, qui et ἀφιπποτοξόται vocantur. V. Weſſ. ad D. S. T. II. p. 339. Argute magis, quam vere, Schol. ſcripſit: Ἀπὸ τοῦ ἵππου τὴν ὀξεῖαν αὐτῶν πτῆσιν δηλοῖ· ἀπὸ δὲ τοῦ τόξου τὸ ἐπικαμπὲς τῶν ὀνύχων. Paullo ante κατ᾽ αὐτοῦ aut μετ᾽ αὐτὸν ſcribi Reiſk. iubebat. Sed κατὰ etiam Accuſatiuo iunctum, etſi paullo rarius, eſt *contra*; vt Xen. Hell. 4, 3, 12. ἐξ φυλαὶ κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐγένοντο. Conf. Abreſch. Dil. Thuc. p. 41.

1180. πᾶς τις, ſcil. ὄρνις, et πᾶς τις eſt vnusquisque, quilibet, vt Theſm. 793. Etiam πᾶς ſeqq. verſibus eodem ſenſu legitur. Neſcio autem, quomodo

Κερχνὴς, τριόρχης, γὺψ, κύμινδις, αἰετός·
Ῥύμῃ τε καὶ πτεροῖσι καὶ ῥοιζήμασιν
Αἰθὴρ δονεῖται, τȣ̃ θεȣ̃ ζητȣμένȣ.
Κἄςʼ ȣ̓ μακρὰν ἄπωθεν, ἀλλʼ ἐνταῦθά πȣ
Ἤδη ʼςιν. Χο. ȣ̓κȣ̃ν σφενδόνας δεῖ λαμβάνειν,
Καὶ τόξα. Αγ. χώρει δεῦρο πᾶς ὑπηρέτης.
Τόξευε πᾶς τις· σφενδόνην τίς μοι δότω.
Χο. Πόλεμος αἴρεται,
Πόλεμος ȣ̓ φατὸς,
Πρὸς ἐμὲ καὶ θεȣ́ς.
Ἀλλὰ φύλαττε πᾶς
Ἀέρα περινέφελον,
Ὃν γʼ Ἔρεβος ἐτέκετο,
Μή σε λάθῃ θεῶν
Τίς ταύτῃ περῶν.

modo v. 1187. Kuſt. praeferre potuerit lectionem Cod. Vat. παῖς τις, propterea, quod πᾶς praeceſſerit. ἠγκυλωμένος ὄνυχας, eſt, qui alio vocabulo γαμψώνυξ. Τριόρχης eſt *buteo* (Buſshard, aus dem Weyhengeſchlecht), quem putarunt habere 3. teſticulos (vnde intelligitur v. 1206. vbi bene Schol.: Ἐπεὶ ἑταίρα ἦν, ἔπαιξε τὸ τριόρχος.) Ariſtot. H. A. 9, 36. τριόρχην dixit eſſe τῶν ἱεράκων κράτιςον. Cf. Buffon. Hiſt. Av. T. I. p. 166. Pro κύμινδις Sch. ſcribendum ſuſpicatur κίμινδις. Neſcio, quae auis ſit. Κερχνὴς forte, qui alias Κεγχρὶς *timunculus* (Kirchenfalke) v. Buff. T. II. p. 37.

1182. Ῥύμη eſt impetus, φορὰ βιαία. Schol. Conf. Heſ. In Pac. 85. eſt ῥύμη πτερύγων. Ῥοῖζον et inde ducta verba ſaepius ap. Hom. dici de *ſtridore* conſtat. Orph. hymn. 37, 19. Ἠχὼ δʼ ȣ̓ρανία κελαδεῖ ῥοιζήμασι φύλλων. Δονεῖσθαι eſt agitari, commoueri. vid. Weſſel. ad Herod. p. 505, 13. vbi: ἡ πᾶσα Ἀσία ἐδονέετο. τȣ̃ θεȣ̃ de *dea*.

1188. Εἴσθεσις χορȣ̃ ἐπῳδικὴ κώλων τροχαϊκῶν ἐπιμεμιγμένων χορείοις, ἤτοι τριβραχέσι, καὶ δακτύλοις, πενθημιμερῶν ή· ὧν τὰ μὲν πρῶτα τρία καὶ παιωνικὰ, εἰ βȣ́λει, ποιήσει (ποιήσεις) ἡμιόλια· τὸ δʼ τροχαϊκὸν ἐκ δακτύλȣ πενθημιμερές. τὸ έ καὶ ς́ Ἰθυφαλλικά. τὸ ζ́ καὶ ή τροχαϊκὰ πενθημιμερῆ. ἐν ἐκθέσει δὲ ἰαμβικὰ τρία, ὧν τὸ ά δίμετρον ἀκατάληκτον· οἱ δὲ δύο τρίμετροι ἀκατάληκτοι. ἐπὶ τῷ τέλει κορωνίς.

1189. ȣ̓ φατὸς, i. e. grauiſſimum, infandum. Sic Callim. in Del. 60. Σπερχομένη μέγα τι καὶ ȣ̓ φατόν.

1195. ταύτῃ περῶν hac via tranſeat per aerem, vel *huc accedat*. nam περᾷν eſt ſimpliciter venire, vt Euripid. Or. 1572. δόμων ἔσω περᾷν. λάθῃ σε

Ἄθρει δὲ πᾶς κύκλῳ σκοπῶν,
Ὡς ἐγγὺς ἤδη δαίμονος πεδαρσίε,
Δίνης πτερωτὸς φθόγγος ἐξακέεται.

ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ, ΙΡΙΣ.

Πει. Αὕτη σὺ, ποῖ ποῖ ποῖ πέτει; μέν' ἥσυχος,
Ἔχ' ἀτρέμας· αὐτε ςῆθ'· ἐπίσχες τε δρόμε.
Τίς εἶ; ποδαπή; λέγειν ἐχρῆν, ὁπόθεν ποτ' εἶ.
Ιρ. Παρὰ τῶν θεῶν ἔγωγε τῶν Ὀλυμπίων.
Πει. Ὄνομα δέ σοι τί ἐςι; πλοῖον, ἢ κυνῆ.

te clam. Ἀθρεῖν eſt diligenter videre, vt Theſm. 669. *Ζητεῖν εἴπε κἄλλος τις ἀνὴρ εἰσελήλυθε, καὶ περιθρέξαι τὴν Πνύκα πᾶσαν — καὶ τὰς διόδες ἀθρῆσαι.*

1198. *Δίνης πτερωτὸς φθόγγος* eſt dictum pro *δίνης πτερωτῆς φθόγγος*, i. e. *πτερῶν δινεμένων*. Nam ſaepe poetae Adiectiua iungunt non ei Subſtantiuo, ad quod proprie pertinebant. Anacr. Od. 3, 21. ſ. *ἐκ χαίτης ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.* Ouid. Amor. 2, 4. ignaua Veneris ceſſamus in vmbra. In talibus locis librarii plerumque epitheton mutarunt in caſum illius Subſtantiui, ad quod pertinet. Vid. Obſeruatt. Miſcell. T. I. Vol. I. p. 24. Cf. Drakenb. ad Liu. 1, 9, 13. 2, 50, 1. 4, 8, 6. Bos Animadv. ad ſcr. Lat. p. 46. Vulp. ad Catull. 63, 50. et 396. Hinc male apud Propert. 4, 11, 61. pro generoſos veſtis honores Koppierſius Obſ. Philol. p. 167. corrigit generoſae v. h. *Πεδάρσιος* eſt Aeolica forma pro *μετάρσιος*, i. e. *μετέωρος*. Eandem in ſenariis adhibuit Aeſchylus Prometh. 269. 709. 915. vt Euripides in choricis verbum *πεδαίρειν*. Vid. Valcken. ad Phoen. p. 373.

1199. *Κορωνὶς εἰσιόντων αὖθις τῶν ὑποκριτῶν. οἱ δὲ ςίχοι ἴαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι ξγ'· ὧν τελευταῖος· καταιθαλώσεις τῶν νεωτέρων τινά· ἐπὶ τῷ τέλει κορωνίς.*

1200. *ἀτρέμας* eſt proprie *ſine timore* (vt Eur. Or. 149. *πρόσιθ' ἀτρέμας*) ſed deinde *tacite*, quiete. Nam cum *σῖγα* commutatur ap. Plutarch. de S. N. V. p. 9. coll. p. 6. Wytt. Etiam Heſ. *Ἀτρέμας· ἡσύχως, ἡσυχῆ.* Ad *ἔχε* ſupplendum *σαυτὸν*, quod diſerte additur Theſm. 237. Formula autem ipſa legitur et Nub. 260. 741. Ran. 342. et ap. alios poetas. Eodem modo *ἔχ' ἥσυχος, ἔχ' ἄφοβος.* v. Markland. ad Eur. Suppl. 305.

1203. Schol.: *Πλοῖον μὲν, καθὸ ἐπτέρωται, καὶ τὰ πτερὰ διαπέταται ὡς κώπη·* (alter Schol. etiam aliam cauſam addidit: *διὰ τὸ ἐν δρόμῳ αὐτῆς κεκολπῶσθαι τὸν χιτῶνα.*) *κυνῆ δὲ, ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον· ὡς Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ ἐπὶ τῆς Ἴριδος· Γυνὴ τίς ἥδε Κολῃνᾶς Ἀρκάδος κυνῆ. φασὶ δὲ καὶ κυνέαν τὸν πέτασον λέγεσθαι ἐν Πελοποννήσῳ.* Conf. Heſ. V. *Κυνῆ.*

1204. Πάρα-

Ιϱ. Ἶϱις ταχεῖα. Πει. Πάϱαλος, ἢ Σαλαμινία;
Ιϱ. Τί δὲ τοῦτο; Πει. ταυτηνί τις οὐ ξυλλήψεται
Ἀναπτάμενος τϱίοϱχος; Ιϱ. ἐμὲ ξυλλήψεται;
Τί ποτ᾽ ἐςὶ τουτὶ τὸ κακόν; Πει. οἰμώξει μακϱά.
Ιϱ. Ἄτοπόν γε τουτὶ τὸ πϱᾶγμα; Πει. κατὰ ποίας πύλας
Εἰσῆλθες εἰς τὸ τεῖχος, ὦ μιαϱωτάτη;
Ιϱ. Οὐκ οἶδα, μὰ Δί᾽, ἔγωγε κατὰ ποίας πύλας.
Πει. Ἤκουσας αὐτῆς, οἷον εἰϱωνεύεται;
Πϱὸς τοὺς κολοιαϱχὰς πϱοσῆλθες; οὐ λέγεις;
Σφϱαγῖδ᾽ ἔχεις παϱὰ πελαϱγῶν; Ιϱ. τί τὸ κακόν;
Πει. Οὐκ ἔλαβες; Ιϱ. ὑγιαίνεις μέν; Πει. οὐδὲ σύμβολον
Ἐπέβαλεν ὀϱνίθαϱχος οὐδείς σοι παϱών;
Ιϱ. Μὰ Δί᾽, οὐκ ἔμοι γ᾽ ἐπέβαλεν οὐδεὶς, ὦ μέλε.
Πει. Κᾄπειτα δῆθ᾽ οὕτω σιωπῇ διαπέτει
Διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτϱίας καὶ τοῦ χάους;

1204. Πάϱαλος ἢ Σ. Ἐπεὶ ταχεῖαν αὐτὴν εἶπεν· αὗται δὲ αἱ τϱιήϱεις ὡς ἂν ὑπηϱετίδες οὖσαι, ταχεῖαι ἦσαν. Schol. Vid. ad v. 147. add. Harpocr. V. Πάϱαλος.

1207. Οἰμώξει. Forma haec non minus vſitata, quam altera illa οἰμώξεις. Sic Nub. 217. οἰμώξεσθε. Ran. 179. Οὐκ οἰμώξεται. — μακϱὰ Kuſt. recepit e cod. Vat. pro μακϱὰν vulgato. Illud magis conuenit conſuetudini Ariſtophaneae. Sic μακϱὰ κλαίειν Plut. 612. et alibi. Idem Kuſt. recte monuit, mox metri cauſa legendum eſſe τοῦτο τὸ πϱᾶγμα. Ἄτοπον — quia nempe dea eſt. Nam ἄτοπα dicuntur quaeuis παϱάδοξα et ἄλογα Tho. M. p. 121. ſ.

1211. οἷον, i. e. quantopere, vt Pac. 233. οἷον ἐσθίει. — Σφϱαγῖδα, οἷον σύμβολον ἐπὶ τῷ συγχωϱηθῆναι παϱελθεῖν. Schol. In his autem, et ſeqq. σύμβολον ἐπέβαλεν reſpicitur v. 570. vnde recte ad ἐπέβαλεν adſcripſit Schol. ὅτι καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ συνουσιάσαι. Σύμβολον eſt quoduis ſignum, quo aliquid indicatur. Bene Tho. M. Σύμβολον καὶ σύμβολα τὰ σημεῖα. H. l. ſignum, quo indicatur, aliquem amicum eſſe. Caeterum paullo ante in cod. Vat. erat: Πϱὸς τοὺς κολοιοὺς πῶς πϱοσῆλθες; quae lectio, non inepta (cf. v. 1175.), neſcio quam habuerit originem, forte e correctione Grammatici, quem κολοιαϱχὰς offendit, ſed nec illud deterius. Vtraque autem forma in compoſitis, et αϱχης et αϱχος vſitata eſt. In formula Comicorum τί τὸ κακόν eſt κακὸν i. q. χϱῆμα, πϱᾶγμα, *quid hoc ſibi vult.* Ὑγιαίνεις *ſana mente es?* Sic Nub. 1278. Plut. 507. Ὦ μέλε *o miſer*, a μέλεος, per apocopen factum. v. Schol. Nub. 33.

1218. Hic verſus lectus iam fuit

Ιρ. Ποία γὰρ ἄλλη χρὴ πέτεσθαι τοὺς θεούς;
Πει. Οὐκ οἶδα μὰ Δί᾽ ἔγωγε· τῇδε μὲν γὰρ οὔ.
Ἀδικεῖς δὲ καὶ νῦν· ἆρά γ᾽ οἶσθα τοῦθ᾽, ὅτι
Δικαιότατ᾽ ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰρίδων
Ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες;
Ιρ. Ἀλλ᾽ ἀθάνατός εἰμ᾽. Πει. ἀλλ᾽ ὅμως ἂν ἀπέθανες.
Δεινότατα γάρ τοι πεισόμεσθ᾽, ἐμοὶ δοκεῖ,
Εἰ τῶν μὲν ἄλλων ἄρχομεν· ὑμεῖς δ᾽ οἱ θεοὶ
Ἀκολαστανεῖτε, κοὐδέπω γνώσεσθ᾽, ὅτι
Ἀκροατέον ὑμῖν ἐν μέρει τῶν κρειττόνων.

fuit ſupra v. 192. et forte, quod nunc demum in mentem venit, ibi ſpurius eſt. Nam eo loco ſenſus optime conſtat omiſſis verbis: Διὰ τῆς πόλεως κ. τ. λ. et ἀλλοτρίας ne recte quidem ſe habet, cum potius dici ibi debuiſſet ἡμετέρας, vel ὑμετέρας. Forte igitur ibi ad διαφρήσετε Grammaticus quidam adſcripſit verſum ex h. l. Conſtat autem, librarios e praecedentibus et ſequentibus ſaepe vnum pluresue verſus male repetiiſſe. Vid. omnino Pierſ. Veriſ. p. 58. ſſ. et noſtra etiam Diatribe de Euripidis Rheſo.

1222. Δικαιότατα ad vtrumque verbum ληφθεῖσα et ἀπέθανες referendum. Ἀποθνήσκειν autem eſt interfici, vt Eqq. 284. Paullo ante σιωπῇ aduerbialiter poſitum eſt, *tacite*, *clam*, vt σιγῇ Pac. 1053. σπουδῇ Eurip. Hipp. 903. et alia. — πασῶν Ἰρίδων· ἢ ὡς τοῦ ἀέρος ποικίλας Ἴριδας ποιοῦντος, ἢ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν πασῶν θεαινῶν. Schol. Poſterior ratio vnice vera eſt, et haec verba non niſi Superlatiui vim augent. Sic Plat. Phaedr. p. 204. αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη. Ad τῆς ἀξίας Schol. ſupplet τιμωρίας. Sed ἡ ἀξία etſi per ſe eſt Adiectiuum (hinc ἡ ἀξία τιμὴ Xen. Anab. 1, 4, 9.) tamen Subſtantiui naturam induit, et eſt digna, iuſta, merces. Sic κατὰ τὴν ἀξίαν ap. Iſocr. Buſir. p. 165. Battier. Aelian. V. H. 2, 3, 1. *pro merito*.

1382. λέγεις, *intelligis*, ſignificas, vis. v. Valck. ad Herod. p. 338. ad Eurip. Hipp. 856. Μετάρσιος i. q. μετέωρος ſublimis (vid. ad v. 1197.) et μεταρσ. ἀναπτ. pro ἀναπετόμενος εἰς τὸ μετέωρον. Bene Schol ſenſum eſſe dicit: Βούλομαι πτερωθῆναι ὑπὸ σοῦ, ἵνα διὰ τοῦ ἀέρος πετάμενος ἐξεύρω εἰς τὰ προοίμια λέξεις νιφοβόλους καὶ ἀεροδινήτους. παίζει δὲ πρὸς τὰ ποιήματα τῶν Διθυραμβοποιῶν. ἔθος γὰρ αὐτοῖς τοιαῦτα ἐπίθετα λέγειν. ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ κοῦφον αὐτῶν. Ἀναβολαὶ ſunt proprie, quae nunc dicimus *praeludia*, de quibus etiam ἀναβάλλεσθαι vſurpatur. v. Tho. M. p. 65. ibique Hemſt. et Witter. et Cel. Valck, ad Theocr. 6, 20. Itaque h. l. exordia carminum. Dicuntur et εἰσβολαί. V. Markl. ad Eurip. Suppl. 93. νιφόβολοι *niuoſa*, i. e. frigidiſſima. Pro Ἀεροδονήτους Schol. legit Ἀεροδινήτους. Similis varietas erat v. 944. Nec multum ea ſenſu differunt Δονεῖσθαι eſt agitari, concuti, commoueri (vid Weſſ. ad Herod. p. 505.), δινεῖσθαι in orbem agitari, circumagi, rotari (v. Valck. ad Theocr Adon. p. 376.) Magis tamen commodum h. l. putarem ἀεροδινήτους, aëre in orbem agitata; quia coelum et nubes in orbem moueri videntur; ſi metrum pateretur; at

Κι. Ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος
Ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν
Ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς.
Πει. Ἐκ τῶν νεφελῶν γὰρ ἄν τις ἀναβολὰς λάβοι;
Κι. Κρέμαται μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἡ τέχνη.
Τῶν διθυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γίγνεται
Ἀέρια καὶ σκότιά γε καὶ κυαναυγέα,
Καὶ πτεροδόνητα· σὺ δὲ κλύων, εἴσει τάχα.
Πει. Οὐ δῆτ' ἔγωγε. Κι. νὴ τὸν Ἡρακλέα σύ γε.

quarta ſyllaba in ἀεροδινήτους longa eſt, quod iam Kuſt. monuit. Recte autem v. 1390. ſe habet πτεροδόνητα, *alis agitata*, h. e. velocia, leuia.

1387. Senſus: e nubibus certe quidem (μὲν οὖν) pendet noſtra ars; h. e. ſublimia et tumida conficimus carmina. Τὰ λαμπρὰ, ſcil. ποιήματα vel μέλη. λαμπρὰ autem ſplendida, magnifica, ob inanem verborum tumorem (κόμπον ὀνομάτων, quem Dithyrambicis tribuit Dion. Hal. Ep. ad Pompeium p. 763. T. VI. Reiſk.) Κυαναυγὴς eſt i. q. κυάνεος, h. e. μέλας, σκοτεινὸς Heſ. Sic Plutoni κυαναυγέες ὀφρῦς tribuuntur Eurip. Alceſt. 260. Τάχα eſt v. 1390. pro ταχέως *ſtatim* poſitum, ex more poetarum, auctore Tho. Mag. p. 835.

1391. ἔγωγε, ſcil. *audiam*. Nunc Cineſias obtrudit carmina ſua, id quod facere mali poetae ſolent. Sequentibus verbis multis non multus ineſt ſenſus; id quoque conueniebat poematis dithyrambicorum. Notauit Schol.: πλείστη γὰρ αὐτῶν ἡ λέξις τοιαύτη· ὁ δὲ νοῦς ἐλάχιστος, ὡς ἡ παροιμία· Καὶ διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. Vid. Toup. Ep. Crit. (T. II. p. 84. ſ. Lipſ.) vbi et ſpecimen dithyrambici carminis exſtat. Male autem idem Schol. δίειμι interpretatus eſt διεξέρχομαι: imo διεξελεύσομαι, vt omnia praeſentia verbi εἶμι et inde compoſitorum Atticis vſurpantur ſenſu Futurorum. v. Moeris p. 16. ſ. ibique Pierſ. Σοὶ h. l. redundat, vt in vitae communis oratione. v. Toup. ad Long. p. 176. Εἴδωλα — ταναοδείρων deeſt verbum *ſequens*, aut *imitans*, aut ſimile. εἴδωλα πετεινῶν periphraſtice dicitur, ſed periphraſis eſt paullo durior. nam εἴδωλον eſt proprie imago, ſpecies; vt Nub. 972. Hom. Od. δ'. 824. Αἰθερόδρομα quae per aërem currunt, h. e. volant. Sic θῆρες ὑλοδρόμοι Theſmoph. 49. ſunt ferae, per ſyluas currentes. Si huc ſpectaret gloſſa Heſ. Αἰθερονόμων· τῶν ἐν ὕψει τὴν νομὴν ἐχόντων, videri ille poſſet legiſſe ita; ſed ea forte ex alio poeta petita eſt. Ταναόδειροι quibus procerum eſt collum, vt v. 255. Paullo ante vltimam ſyllabam vocabuli αἰθεροδρόμων, quae vulgo v. 1393. legebatur, retuli ad hunc verſum, vt ambo verſus, ex mente Schol., eſſent anapaeſti dimetri acatalectici.

Ἅπαντα γάρ δίειμί σοι τὸν ἀέρα,
Εἴδωλα πετεινῶν. αἰθεροδρό-
Μων οἰωνῶν ταναοδείρων.
Πει. Ὠόπ. Κι. τὸν ἀλαδρόμον ἁλάμενος
Ἅμ' ἀνέμων πνοιαῖσιν βαίην.
Πει. Νὴ Δί' ἐγώ σου καταπαύσω τὰς πνοιάς.
Κι. Τοτὲ μὲν, νοτίαν στείχων πρὸς ὁδὸν,

1395. Παρακελεύεται αὐτῷ παύσασθαι τοῦ ᾄδειν, ὡς οἱ ἐρέσσοντες. κέλευσμα γὰρ τῶν ἐρεσσόντων τὸ ὠὸπ, καταπαῦον τὴν κωπηλασίαν. Sic eſt haec vocula Ran. 182. Ἀλαδρόμον Sch. interpretatur: τὸν εἰς ἅλα δρόμον. λείπει γὰρ ἡ εἰς· (intellexit igitur quaſi diuiſim ſcriptum ἅλα δρόμον.) ἔνια δὲ τῇ συνθέσει ἀδιανόητα. ταῦτα δὲ οὐδὲ ταῖς λέξεσι συνετά. χλευάζει δὲ τοὺς Διθυραμβοποιούς. Quae etſi vera eſſe poſſunt, tamen non video, quid hic ſibi velit curſus verſus mare vel marinus (nam ita vulgo explicatur ἀλαδρόμος), cum et in praecedentibus et in iis, quae ſequuntur, de volatu per aerem ſermo ſit. Deinde etiam ἀλαδρόμος (vel, vt alias ſcribitur, ἀλιδρόμος) ne eſt quidem per naturam ſuam Subſtantiuum, verum Adiectiuum, vt αἰθεροδρόμος et ſimilia. Videtur igitur corruptum eſſe hoc vocabulum. Scripſitne poeta τὸν ἄνω δρόμον? Librarius, reſpiciens ad ſequens ἁλάμενος, aberrare facile potuit. In reliquis etiam explicandis a vulgaribus interpretibus diſcedendum mihi puto. δρόμον (vel ἀλάδρομον) iungo cum βαίην. βαίνειν δρόμον inſtituere curſum, vel profectionem; fere vt mox στείχειν ὁδὸν ingredi, inſtituere, iter. Verba ἁλάμενος ἅμ' ἀ. π. ſeparatim pono, atque ἁλάμενος (quod vulgo vertitur *vagabundus*) non duco ab ἀλᾶσθαι; tum enim ſcribi deberet ἀλώμενος (πλανώμενος Heſ. ex Hom.) quod et Reiſk. reponi volebat; verum ab ἡλάμην verbi ἅλλεσθαι *ſalire*. Sic Theocr. 5, 144. ἐς οὐρανὸν ἁλεῦμαι. Metrum me iuſſit ſcribere πνοιαῖσιν, cum vulgo eſſet πνοιαῖσι, et v. ſequ. πνοιὰς pro πνοάς. Ibi, cum librarius Cod. Vatic. putaret eſſe verſum ſenarium, exhibuit eum ita ſcriptum: Νὴ τὸν Δί' ἦ 'γώ σου καταπαύσω τὰς πνοάς. At Scholiaſtes iam obſeruauit, eſſe anapaeſticum trimetrum brachycatalectum. Πνοιαὶ vero ſunt *ſpiritus, flatus*. Hom. Il. ω'. 342. ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. Καταπαύειν πνοιὰς ſpiritus compeſcere et delere. In hac conſtructione et ſignificatione ſimplex παύειν eſt ap. Noſtr. Eqq. 858. 873. et καταπαύειν Eccl. 713. Conf. Hom. Od. β'. 168. 244.

1398. ff. Senſus eſt, remotis poeticis verbis: nunc verſus auſtrum, nunc verſus boream, per aërem migrans. Nam νοτία h. l. ducitur a Νότος. Opponitur enim Βορέα. Ariſtot. Meteor. 3, 6. ὁ νότιος ἀὴρ εἰς ὕδωρ μᾶλλον μεταβάλλει τοῦ πρὸς ἄρκτον. Πελάζειν valet *admouere*; verbum Homero et Tragicis vſitatiſſimum; v. Iliad. 5, 766.

Τοτὲ δ' αὖ βορέα σῶμα πελάζων,
Ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων.
Χαρίεντά γ', ὦ πρεσβῦτ', ἐσοφίσω καὶ σοφά.
Πει. Οὐ γάρ συ χαίρεις πτεροδόνητος γενόμενος;

conf. Muſgr. ad Eur. Iph. Taur. 891. Sequens verſus coniungit metaphoras varii generis audaciſſimas, quod erat vitium dithyrambicorum poetarum. Ἀλίμενος proprie de mari dicitur, quod portubus caret, vt Eurip. Alc. 596. Polyb. 1, 53. vnde ἀλιμενότης ap. Xen. Hell. 4, 8, 7. Id h. l. transfertur ad aërem, qui caret locis, vbi requieſcere quis poſſit. Tum αὖλαξ *eſt ſulcus* (τὸ σχίσμα τοῦ ἀρότρου), ſed h. l. ipſa *via*, vt Noſt. Theſm. 789 ὁποίαν αὔλακα βάσκετε, atque adeo αὔλακα τέμνειν id. quod alias ὁδὸν τέμνειν, quae formula etiam proprie valet ſecare viam in orbitas (Weſſ. ad Herodot. p. 340.), deinde eſt *iter facere*. v. Eur. Phoen. 1. cum Valck. Nunc percutit Piſthetaerus Cineſiam ita, vt exſiliat, et quaſi volare videatur. Hinc ſequentia intelliguntur; in quibus χαρίεντα et σοφὰ ponuntur pro Aduerbiis. Χαριέντως aliquid facere eſt lepide, feſtiue, cum gratia, vt χ. διαλέγεσθαι Iſocr. Panath. pag. 319. ἐπαινεῖν ib. p. 199. Sic Noſt. Eccl. 789. χαριέντα πάθοιμ' ἄν. Itaque χαριέντως σοφίζεσθαί τι eſt lepide aliquid excogitare, inuenire; quale inuentum Xen. Exp. Cyr. 3, 5, 7. dicitur χαρίεν ἐνθύμημα. Nam σοφίζομαι inter alia eſt etiam ἐφευρίσκω καὶ μηχανῶμαι, vt indicauit Thomas M. p. 803. Illuſtrauit hoc verbum Cl. Villoiſon. ad Long. Paſt. p. 170. ὦ πρεσβῦτα *o ſenex!* vt Nub. 357. Aliis dicitur ὦ πρέσβυ, vt Eur. Alc. 707. Caeterum hic verſus 1401. cum ſono quodam ironiam indicante prolatus eſt. Scholia ad h. l. bene emendauit Valck. ad Herod. p. 436. ſed ea nunc non tractamus.

1402. πτεροδόνητος γενόμενος pro σὲ πτεροδόνητον γενέσθαι, vt in Plut. 247. χαίρω φειδόμενος. Iam πτερὰ erant lora flagelli, vt v. 1463. Vnde πτεροδόνητος dicitur, quatenus eum ita ceciderat flagellis, vt quaſi volaret. ταυτὶ πεποίηκας *ita tractare ſoles*. Sic Veſp. 695. οὐκ οἶδ' ὅ τι με ποιεῖς neſcio, quid mihi facturus ſis. Κυκλιοδιδάσκαλος poeta cyclicus, h. e. dithyrambicus, qui ſimul modum chororum cyclicorum oſtendebat. v. ad v. 913. Emendandus haud dubie Heſychius ita: Κυκλιοδιδάσκαλον· κύκλιον χορὸν διδάσκοντα. Cf. ibi Alb. et Spanh. ad Callim. in Dian. p. 364. Ern. Schol. ad h. l. habet quaedam de origine chororum orbicularium non ſpernenda: Ἀντίπατρος καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φασι τοὺς Κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λασὸν τὸν Ἑρμιονέα· οἱ δὲ ἀρχαιότεροι Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος, Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον· Δικαίαρχος μὲν ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων· Ἑλλάνικος δὲ, ἐν τοῖς Κυρηναϊκοῖς. Περιμάχητος dicitur de omnibus, de quibus multi inter ſe certant, quaeque adeo ſumma cupiditate expetuntur, vt πόλις περιμάχητος Theſm. 326. et

Κι. Ταυτὶ πεποίηκας τὸν κυκλιοδιδάσκαλον,
Ὃς ταῖσι φυλαῖς περιμάχητός εἰμ' ἀεί;
Πει. Βούλει διδάσκειν, καὶ παρ' ἡμῖν οὖν μένων,
Λεωτροφίδῃ χορὸν πετομένων ὀρνέων,
Κεκροπίδα φυλήν; Κι. καταγελᾷς μου, δῆλος εἶ.

Diod. Sic. 16, 8. περιμάχητος ἔσται Lucian. Charid. 17. T. III. p. 628. περιμάχητοι ἀρχαὶ Iſocr. Panath. p. 286. add. Cl. Wyttenb. ad Plut. de S. N. Vind. p. 60. Ad ταῖσι φυλαῖς Schol. adſcripſit: Ἑκάστη γὰρ φυλὴ Διονύσου τρέφει διθυραμβοποιόν. Scilicet ſolebant Athenienſium tribus (interdum tamen aliquis ex iis ſumtus ſuppeditabat, qui dicebatur χορηγὸς) ſingulis feſtis, maxime Dionyſiis, exhibere choros, qui erant varii generis dithyrambici (vt h. l.), vel tragici, vel comici, et in iis exornandis nullis parcere ſumtibus. Vt autem chori perſonae recte ſuas partes agerent, tradebantur magiſtro cuidam (poetae), qui doceret omnem rationem et diſciplinam chori. Is dicebatur διδάσκαλος χοροῦ et διδάσκειν χορὸν (v. ſequ.) et apud Demoſth. in Mid. p. 612. E. ὁ ἡγεμὼν τῆς φυλῆς κορυφαῖος. Heſ. Διδάσκαλος· ὁ ἐνεργῶν τι περὶ τὰν δραματοποιὸν καὶ τῶν κυκλίων χορῶν κατασκευήν. conf. Schol. Nub. 311. Eqq. 586. Theſm. 94. Caſaub. Anim. ad Athen. p. 413. ſ. p. 719. et 903. Periz. ad Ael. V. H. 3, 40. p. 302. Spanh. ad Callim. in Dian. 266. p. 364. Erneſt. ad Xen. Mem. p. 119. ſ. (edit. non mutilatae). Hinc intelliguntur etiam ſequentia verba, et apparet, Λεωτροφίδῃ, qui Datiuus me olim offendit, eſſe in vſum Leotrophidae, *choragi* ſcilicet, qui impenſas faciebat in chorum ſuae tribus (Poll. 3, 67. et Hemſterh. ad Plut. p. 331. ſ.). Verba autem φυλὴν Κεκροπ. per appoſitionem adiecta puto ad χορὸν π. ὀ. Debebant proprie Genitiui eſſe, ſed mutauit in Accuſatiuos, ioci cauſa, vt indicaret illam tribum eſſe auibus ſimilem, inconſtantem; in qua inconſtantiae notione verbum πέτεσθαι iam adhibuit Noſter v. 169. Leotrophides dicitur homo gracilis fuiſſe, commemoratus et aliis Comicis ap. Schol. h. l. Fuit haud dubie cauſa quaedam tum, nunc nobis ignota, cur Leotrophidem et tribum illam poeta nominauerit. Pro Κεκροπίδα Palmerius Κερκωπίδα, vt ſimul alluderetur ad Cecropiam tribum et ad caudas (κέρκους) auium, vel κερκώπας cicadarum ſpeciem. Non male, ſi codices addicant.

1407. Aliis locis formula δῆλος εἶ coniungitur cum verbi alius participio, non, vt h. l., cum verbo finito, et δῆλος tum per aduerbium reddendum; vt Lucian. Tim. 53. T. I. p. 169. δῆλος εἶ συκοφαντῶν. add. Xen. Mem. Socr. 3, 3, 10. Igitur h. l. ante καταγελᾷς ſuppleo ὅτι (ſic Plut. 333. δῆλος δ' ἐστὶν, ὅτι εὕρηκεν, cf. Pac. 1048. Xen. Oec. 7, 8. et Hoogev. ad Vig. p. 84. Zeun.) atque verba ita ſtruenda cenſeo: δῆλος εἶ, ὅτι μου κ. Eodem modo ſequentia inuertenda ſunt, ſic: τοῦτ' ἴσθ' (hoc *ſcias* — ſic ἴσθι etiam ap. Aeſch.

Ἀλλ᾽ οὐν ἔγωγ᾽ οὐ παύσομαι τοῦτ᾽ ἴσθ᾽ ὅτι,
Πρὶν ἂν πτερωθεὶς διαδράμω τὸν ἀέρα.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ.

Συ. Ὄρνιθες τίνες οἵδε,
Οὐδὲν ἔχοντες πτεροποίκιλοι,
Τανυσίπτερε ποικίλα χελιδοῖ;
Πει. Τουτὶ τὸ κακὸν οὐ φαῦλον ἐξεγρήγορεν.

Prom. 288.) ὅτι οὐ παύσομαι, et παύσομαι ſimpliciter, non adiecto nominis caſu, poſitum valet, deſiſtam, quieſcam, vt Hom. Il. φ΄. 384. οἱ μὲν ἔπειτα παυσάσθην. Caeterum alio ſenſu πτερῶσαι Κινησίαν eſt Ran. 1485. vbi Bergl. recte pro πτεράσας legi iubet πτερῶσαι. Διατρέχειν τὸν ἀέρα idem quod antea διιέναι. Verbum legitur et Pac. 838.

1410. Συκοφάντης τις πενόμενος καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ πενίαν ᾄδων, ἐπειδὴ μηδὲν εἶχεν, ἐκ πρώτων λόγων συκοφαντεῖ τοὺς ὄρνιθας, ὡς ἐναντίως ἐχόντων τὸ σχῆμα τῆς τῶν ὀρνέων φύσεως. Schol. Idem monet priores hos verſus factos eſſe ad ſimilitudinem verſuum Alcaei et Simonidis: εἴη δ᾽ ἂν εἰς τὸ σχῆμα τοῦ πρεσβυτέρου ἀφορῶν· τινὲς δὲ παρὰ τὰ Ἀλκαίου· Ὄρνιθες τίνες οἵδε; ὠκεανῶ γὰρ ἀπὸ περάτων ἦλθον πανέλοπες ποικιλόδειροι τανυσίπτεροι. Καὶ παρὰ τὰ Σιμωνίδου· Ἄγγελε κλητὰ (f. κλυτὰ) ἔαρος καὶ ἀδυόδμου κυανέα χελιδοῖ. Excidit autem in Sch. indicatio metri horum verſuum. Συκοφάνται quinam proprie dicti fuerint, copioſe tradidit Schol. Plut. 31. In vniverſum ita appellabantur falſi accuſatores, calumniatores. v. Lyſ. Orat. 25. p. 207. Taylor. minor. ed. — Οὐδὲν ἔχοντες, h. e. *inopes*. Sic οὐκ ἔχοντες Eurip. Suppl. 240. Contra ἔχοντες ſunt diuites. Plut. 596. add. Valck. ad Herod. p. 447. Τανυσίπτεροι ſunt aues, quae expanſas alas habent (quae ingentibus alis patulae atque porrectae volant Gell. N. A. 6, 6. extr.). Vſi ſunt hoc vocab. Homerus Od. l. 5, 265. hymn. in Lunam v. 1. Ibycus ap. Athen. l. 9. p. 388. cf. Abreſch. ad Aeſch. T. II. p. 54.

1413. τουτὶ τὸ κακὸν *hoc malum*, haec moleſtia, quod ſcil. plures homines adeunt nouam auium vrbem. οὐ φαῦλον *non leue*, h. e. grauiſſimum. Sic Lyſiſtr. 14. βουλευσαμέναισιν οὐ περὶ φαύλου πράγματος, *de re grauiſſima*. ἐξεγρήγορεν *euigilauit*, h. e. excitatum, ortum eſt. Mox ſcripſi Ὅδ᾽ pro vulgato Ὁ δ᾽. Recte enim Hemſterh. ad Plut. p. 26. monuit, Ariſtophanem non poſuiſſe Ὁ pro Ὅδε. Coniungendum autem Ὅδε cum τις, de quo dicendi genere iam alias monitum. Μινυρίζειν eſt voce tenui et lugubri cantare. Sic Veſp. 219. μινυρίζοντες μέλη. Theſm. 106. τι διαμινυρίζεται, vbi Schol. habet haec: Μινυρίζειν σημαίνει θρηνεῖν, τὸ ἠρέμ᾽ ᾄδειν, παρὰ τὸ μεῖον ὀλίγῃ φωνῇ καὶ κατοικτρᾷ χρῆσθαι — καὶ γὰρ μινύρεσθαι σημαίνει κλαίειν, θρηνεῖν

Ὁ δ' αὖ μινυρίζων δεῦρό τις προσέρχεται.
Συ. Τανυσίπτερε ποικίλα μάλ' αὖθις.
Πει. Ἐς θοἰμάτιον τὸ σκολιὸν ᾄδειν μοι δοκεῖ·
Δεῖσθαι δ' ἔοικεν ἐκ ὀλίγων χελιδόνων.
Συ. Τίς ὁ πτερῶν δεῦρ' ἐστὶ τὲς ἀφικνεμένες;
Πει. Ὁδὶ πάρεστιν. ἀλλ' ὅτε χρὴ, δεῖ λέγειν.
Συ. Πτερῶν, πτερῶν δεῖ· μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον.
Πει. Μῶν εὐθὺ Πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ;

νεῖν, καὶ ὀδύρεσθαι. Tamen et μινύρεσθαι dicitur eo ſenſu, quo hic μινυρίζεσθαι, Eccleſ. 875. Ap. Hom. contra (vt Iliad. 5, 889.) eſt μινυρίζειν, lamentari. vnde apparet, vanum eſſe, quod Ammonius ſtatuit, verborum μινυρίζεσθαι et μινύρεσθαι diſcrimen. V. omnino ad eum Valck. V. C.

1415. Τῦτό φησι πρὸς τὸ ῥυπαρὸν καὶ ποικίλον τῦ ἱματίυ αὐτῦ, bene Schol. Nam veſtem gerebat ποικίλην *variam*, h. e. laceratam et variis pannis ſartam et ſordidam. Μάλ' αὖθις bene interpres reddidit *iterum iterumque*, nempe ſupplendum χαῖρε. Σκολιὰ dicebantur proprie odae in conuiuiis inter pocula decantatae, τὰ παροίνια ᾄσματα, μέλη ἐν συμποσίοις γινόμενα. v. Schol. Ariſt. Theſm. 1337. Erant ex antiquiſſimo et ſimpliciſſimo odarum genere. V. omnino Athen. 15. p. 693. ſſ. Cf. Bergl. ad Veſp. 1220. Tum quaeuis odae breuiores natiua quadam ſimplicitate ornatae, dicebantur Scolia, qualia nuper plura Anacreontis carminibus adiecit V. Cel. Brunckius. Sequentia explicuit bene Scholiaſtes: ἐπειδὴ συνεχῶς χελιδόνας λέγει, τοιῦτόν τι φησιν· ἔαρος χρήζει. παλαιὸν γὰρ χιτῶνα ἔχει. τὸν νῦν δὲ τῆς παροιμίας μετείληφε τὸ, Μία χελιδὼν ἔαρ ἐ ποιεῖ. Ergo, quoniam aduentus plurium hirundinum certiſſimum eſt veris imminentis proxime ſignum (Ael. N. A, 1, 52.), ſenſus horum verborum eſt: Opus ipſi eſt vere quam proxime, ob laceram nempe veſtem, qua frigus defendere non poteſt.

1418. Τίς ὁ πτερῶν ἐστι. Παρὰ τὸ σχῆμα, ᾧ χρῶνται συνεχῶς οἱ νέοι συγγραφεῖς. Τίς ὁ πτερῶν (ἐστι) ἀντὶ τῦ, τίς πτεροῖ. Schol. Attici enim hoc modo ſolebant participia verborum cum verbo Subſtantiuo iungere. v. Pſeudodidymus ad Hom. Iliad. θ'. 307. δεῦρο cum ἀφικνεμένες iungendum. Prima verba v. 1420. Schol. monet eſſe ſimilia iſtis in Aeſchyli Myrmidonibus: Ὅπλων, ὅπλων δεῖ. Μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον idem eſt ac in Ran. 438. μή μ' αὖθις ἐπανέρῃ noli iterum quaerere.

1421. εὐθὺ Π. *recta Pellenen*. Sic vſurpantur εὐθὺ Λυκείυ, εὐθὺ Ἐφέσυ et alia ap. Platonem, quae copioſe illuſtrauit Ruhnk, ad Tim. p. 98. Conf. Abreſch. Dil. Thuc. p. 797. Pellene erat vrbs Achaiae (nam Pallene erat in Arcadia ſita, v. Schol. Apoll. Rhod. 1, 177.), caſtello munita. v. Ven. Morus Exam. quor. loc.

Συ. Μὰ Δί', ἀλλὰ κλητήρ εἰμι νησιωτικὸς,
Καὶ συκοφάντης. Πει. ὦ μακάριε τῆς τέχνης.
Συ. Καὶ πραγματοδίφης, εἶτα δέομαι πτερὰ λαβὼν
Κύκλῳ περισοβεῖν τὰς πόλεις καλούμενος.
Πει. Ὑπαὶ πτερύγων τι προσκαλεῖν σοφώτερον;
Συ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' οἱ λῃσταί γε μὴ λυπῶσί με,

Xen. H. Gr. c. 9. p. 46. In ea tempore ludorum in honorem Iunonis celebratorum (in Sch. vno loco dicuntur Ἡραια, altero Ἑρμαια ludi Mercurii; prius praefero, quoniam in Achaia Iuno colebatur) *laena* (veſtis craſſior et hiemi apta) proponebatur praemium. v. Schol. et Bergl. Sic in aliis ludis Iunonis Argiuae clypeus erat victoris praemium. v. Spanh. ad Callim. p. 647. ſſ. Ergo ſenſus eſt: num vis recta Pellenen volare, vt laenam capias. διανοεῖ h. l. vt Theſm. 77. *cogitas, vis*. Eſt haec forma Attica, quae librarios ſaepe ita fefellit, vt talia mutarent in Actiua, addita littera ς. vid. Koen. ad Greg. Cor. pag. 49. Brunk. ad Aeſch. Prom. 293.

1422. Μὰ Δί' ſcripſi pro Μ. Δία, metri cauſa. Valet autem *non*, vt v. 1427. Κλητὴρ eſt vel qui alios in ius vocat, vel teſtis. Heſ. Κλητήρ· ὁ εἰς δίκην καλῶν, ὁ κλητεύων, καὶ μαρτυρῶν τοῖς καλοῦσιν εἰς δίκην. vbi vide, quos laudat Alb. et Schol. h. l. add. Ruhnk. ad Tim. p. 116. H. l. priori ſenſu accipiendum; et κλητὴρ νησιωτικὸς eſt qui incolas inſularum Athenis ſubditarum illuc in ius vocabat. Nam Athenienſes inſulanos, quos ſocios vocabant, cogebant Athenas nauigare, ibique ius ſibi dici curare. v. Valck. ad Herod. p. 413. ſ. vt contra Lacedaemonii ἄρχοντας in vrbes ſubditas miſerunt, vt ibi ius dicerent. v. Thucyd. 4, 52. — τῆς τέχνης propter artem, ἕνεκα ſupplendum. Πραγματοδίφης eſt ὁ διφῶν πράγματα *quaerens lites*. Nam διφᾶν etiam Heſ. interpretatur ζητεῖν, ἐρευνᾶν. Callim. Ep. 33, 2. Sic in Nub. 192. ἐρεβοδιφῶσιν eſt τὰ ὑπὸ γῆν ζητοῦσι. Conf. Hemſterh. ad Poll. 9, 124. περισοβεῖν Schol. περιίπτασθαι. Nam σοβεῖν et omnia inde ducta, quibus proprie quidem eſt Actiui notio, vſurpantur vt Neutra pro ἔρχεσθαι. Vid. omnino Villoiſ. ad Long. Paſt. p. 168. Περισοβεῖν igitur πόλεις, eſt περιέρχεσθαι vel περιτρέχειν, vt Heſ. auctor eſt. Καλούμενος in ius vocans. Eodem ſenſu mox προκαλεῖν (Athenas vocare) adhibetur, quod alias eſt προσκαλεῖσθαι, vt Nub. 1280. Veſp. 1325.

1426. Ὑπαὶ πτερύγων Schol. monuit valere μετὰ πτερύγων. Sic eadem verba leguntur Acharn. 969. Sic ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδειν eſt μετὰ α. v. Pierſon. Veriſ. p. 726. ſ. Pindar. Olymp. 4, 4. ὑπὸ πολυφόρμιγγος ἀοιδᾶς. — σοφώτερόν τι *multo* ſapientius. Haec enim eſt vis vocabuli τις Adiectiuis additi. v. Weſſ. ad Herod. p. 368. *Sapientius* autem h. l. eſt rectius, melius. ſenſus: poteſne alatus melius in ius vocare?

1428. τη

Μετὰ τῶν γεράνων τ' ἐκεῖθεν ἀναχωρῶ πάλιν,
'Ανθ' ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας.
Πει. Τουτὶ γὰρ ἐργάζει σὺ τοὔργον, εἰπέ μοι;
Νεανίας ὢν, συκοφαντεῖς τοὺς ξένους;
Συ. Τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.
Πει. 'Αλλ' ἔστιν ἕτερα νὴ Δί' ἔργα σώφρονα,
'Αφ' ὧν διαζῆν ἄνδρα χρὴ τοσουτονὶ,

1428. *τε* ita explicandum: vt latrones effugere poſſim *et* cum gruibus redire. De gruum migrationibus et opinione, ad quam hic reſpicitur, dictum v. 1137. Ἕρματα antiquiſſimis Graecis erant trabes, quae ſubiiciebantur nauibus, *palangae*. v. Hom. Il. 1, 486. 2, 154. Tum *fulcra* ita dicta ſunt, quibus aliquid ſuſtinetur. Sic ἕρματα θεμελίων vrbis Diod. Sic. 5, 70. vnde ἀνερμάτιστος eſt ἀβέβαιος Weſſ. ad D. S. T. II. p. 317. Singulatim *ſaburra* et lapilli, quibus onerantur inferiores nauium partes, dicta ſunt ἕρματα. Vid. Kuhn. ad Polluc. 1, 94. p. 65. Et de tali quidem ſaburra h. l. intelligitur. Sic Ael. N. A. 1, 11. de apibus dicit geſtare interdum lapillos, καὶ τρόπον τινὰ τοῦτο ἕρμα ἑαυταῖς ἐπιτεχνῶνται πρὸς τὸν ἐμπίπτοντα ἄνεμον. Καταπίνειν deglutire, vt v. 1137. et Ran. 1512.

1430. Rectius interrogationis nota ponetur poſt τοὔργον, vt εἰπέ μοι ad ſequentia referantur: dic mihi, cum iuuenis ſis, atque adeo labore victum quaerere poſſis, calumniaris peregrinos? Nam illi Sycophantae et delatores praemio ornabantur. Τί γὰρ πάθω; *quid enim faciam?* vt Eccl. 855. Aelian. V. H. 9, 27.

1432. οὐκ ἐπίσταμαι· ἀντὶ τοῦ οὐ δύναμαι. εἴρηται δὲ παρὰ τὴν παροιμίαν· Πεζῇ βαδίζων σκάπτειν οὐκ ἐπίσταμαι. Schol. Illuſtrauit Eraſmus Adag. p. 750. B. Similia ſunt illa Lucae 16, 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, vbi vid. Wetſten. Noſt. Veſp. 753. 783. κιθαρίζειν οὐκ ἐπίσταμαι. Subintelligendum ibi vno loco ἀλλὰ κλέπτειν, altero ἀλλὰ κλέπτειν, et h. l. ἀλλὰ συκοφαντεῖν. Ἐπίσταμαι vero et alii Grammatici monent interdum valere idem quod δύναμαι. v. Suid. V. Ἐπιστῶ et Οὐκ Ἐπίσταμαι, Schol. Hom. Il. δ'. 404. Alb. ad Heſ. p. 1388. Stephanus ad Callim. in Iov. 95. Abreſch. Dil. Thuc. pag. 448. Ἔργα σώφρονα ſunt *honeſta negotia*. Ἀφ' ὧν διαζῆν quibus vitam ſuſtentare, victum quaerere, decet. — Sic διαζῆν eſt Plut. 907. Eurip. Iph. Aul. 923. Verba verſus ſequentis non cum vulgari interprete ita intelligenda ſunt: Ἐκ τοῦ δικαίου μᾶλλον χρῆν διαζῆν, ἢ ἐκ τοῦ δικοῤῥαφεῖν, ſed μᾶλλον δικοῤῥ. pertinent ad διαζῆν, et ἐκ τοῦ δικαίου poſitum eſt pro δικαίως. Sic Plut. 755. ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι, vbi Hemſt. laudauit Lyſiae locum, in quo ſimiliter eſt ἐκ τοῦ δικαίου. Solet enim in his nunc addi articulus, nunc omitti. Vid. quae collegit Cl. Fiſch. ad Weller. p. 357. Δικοῤῥαφεῖν lites conſuere, vt Nub. 1485.

1436. Πτε-

Ἐκ τȢ̃ δικαίȣ μᾶλλον, ἢ δικοῤῥαφεῖν.
Συ. Ὦ δαιμόνιε, μὴ νȣθέτει μ᾽, ἀλλὰ πτέρȣ.
Πει. Νῦν ταῦτα λέγων πτερῶ σε. Συ. καὶ πῶς ἂν λόγοις
Ἄνδρα πτερώσειας σύ; Πει. πάντες τοῖς λόγοις
Ἀναπτερȣ̃νται. Συ. πάντες; Πει. ȣ̓κ ἀκήκοας,
Ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ἑκάστοτε
Τοῖς μειρακίοις ἐν τοῖσι κȣρείοις ταδί·
Δεινῶς τέ μȣ τὸ μειράκιον ὁ Διϊτρέφης
Λέγων ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ᾽ ἱππηλατεῖν.
Ὁ δέ τις τὸν αὐτȣ̃ φησιν ἐπὶ τραγῳδίᾳ

1436. Πτερȣ̃ν eſt proprie alas addere, ſed tropice excitare aliquem ad aliquid ſuſcipiendum. Sic mox πτερȣ̃ν et ἀναπτερȣ̃ν λόγοις dicitur. Vid. Eur. Oreſt. 874. Suppl. 89. Helen. 639. Sic ap. Lucian. de domo c. 4. T. III. p. 192. eſt πτερωθῆναι πρὸς τὴν τȣ̃ πολέμȣ ἐπιθυμίαν. Cf. Heſ. V. Ἀναπτερώσω et Ἀναπτερωμένος, et Cel. Villoiſon. ad Long. pag. 91. ſ. Eodem ſenſu et alia ſimilia vſurpantur. Congeſſit ea Markland. ad Suppl. 89.

1440. Ἑκάστοτε, id eſt, πάντοτε *ſemper*, ap. Atticos. vid. Tho. Mag. p. 678. et reliqui Atticiſtae. Datiuum autem τοῖς μειρακίοις accipio poſitum pro περὶ τῶν μειρακίων, nam quae ſequuntur, parentes non dicunt ad filios, ſed de iis. Poteſt etiam Datiuus hic accipi pro Genitiuo οἱ πατέρες τοῖς μειρακίοις ὄντες pro πατέρες τῶν μειρακίων. Nam et eo modo Datiui vſurpantur. v. Hemſterh. ad Plut. p. 2. Κȣρεῖα tonſtrinae, in quibus et capilli et barba ſolebat tonderi. In iisdem homines otioſi et garruli ſolebant deſidere. v. Plut. 348. Periz. ad Ael. V. H. 3, 7. p. 209. 6, 12. p. 465. atque Cl. Fiſch. Ind. Theophr. Char. Diitrephes intelligitur ille, qui ſupra dictus eſt euaſiſſe tandem hipparchus v. 799. vnde Sch. h. l. adſcripſit: Ἵππαρχος γὰρ γενόμενος, καὶ εὐτυχήσας συνεβȣ́λευσε καὶ ἄλλοις ἱππαρχεῖν (potius ἱππηλατεῖν). Ἱππηλατεῖν eſt ἐλαύνειν ἵππȣς. Ex Nub. v. 15. ſſ. patet, fuiſſe hoc equos alendi et agitandi ſtudium iuuenibus Athen. familiare. Δεινῶς *valde*, mirum in modum. Pro τε f. leg. τι.

1444. Ὁ δέ τις h. l. recte ſe habet. Nam ſaepe ὁ δὲ ponitur, vbi praecedunt verba, quibus commemorantur homines, ab illo, de quo ὁ δὲ dicitur, diverſi. Ergo eſt *alius quis*. ἐπὶ τραγῳδίᾳ ad componendam tragoediam. quo ſenſu (vt conſilium indicet) fere haec praepoſ. ἐπὶ iungitur cum Accuſ. (vid. ad v. 77.) Sed ſolet et in aliis formulis addi Datiuus, vt ἐπὶ θανάτῳ λαμβάνειν τινὰ comprehendere ad poenam mortis infligendam. vid. Weſſ. ad Diod. S. II. p. 86. ἐπὶ ξενίᾳ παρακαλεῖν ad faciendum hoſpitium inuitare, v. Periz. ad Ael. 3, 37, 2. ἐπ᾽ ἀγαθῷ Xen. Cyrip. 7, 4, 2. ad vtilitatem afferen-

Ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας.
Συ. Λόγοισί τ' ἆρα καὶ πτεροῦνται; Πει. Φήμ' ἐγώ.
Ὑπὸ γὰρ λόγων ὁ νοῦς τε μετεωρίζεται,
Ἐπαίρεταί τ' ἄνθρωπος· οὕτω καί σ' ἐγὼ
Ἀναπτερώσας βούλομαι χρηστοῖς λόγοις
Τρέψαι πρὸς ἔργον νόμιμον. Συ. ἀλλ' οὐ βούλομαι.
Πει. Τί δαὶ ποιήσεις; Συ. τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ.

afferendam. πεποτῆσθαι τὰς φρένας abreptum eſſe animum, quod poſtea dicitur νοῦς μετεωρίζεται. Nam φρένες ap. Tragicos ponitur pro φρὴν. vid. Eur. Hipp. 188. 256. Oreſt. 1204. et alibi. Sic Ran. 538. φρένας ἔχων καὶ νοῦν. Simillimus autem locus eſt Nub. 813. Τοῦτ' ἆρ' ἀκούσας αὐτῶν τὸ φθέγμ' ἡ ψυχή μου πεπότηται, vbi Sch. explicat ἀνέπτη καὶ ἀνεκουφίσθη καὶ μετέωρα φρονεῖ. etiam Theocr. Id. 2, 19. (quem iam Biſetus laudauit). V. Valk. ad Id. 11, 72.

1446. Non video, quid ſibi hic velit τ'. Nam pro τοι non accipi poteſt. Neque enim Attico poetae licet ita diphthongos elidere. Puto olim lectum fuiſſe λόγοισιν et vltimam litteram huius vocabuli abiiſſe in τ'. φημ' ἐγώ, aio, recte. v. Cl. Fiſch. Ind. Aeſch. Socr. h. v. μετεωρίζεται euebitur, effertur. Illuſtrauit verbi vſum Weſſel. ad D. S. I. p. 436. Sic Lucian. Icarom. 3. T. II. p. 755. μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων. Non alio ſenſu adhibetur ἐπαίρεσθαι, vt Nub. 42. vbi vid. Kuſt, et Ruhnken. ad Tim. p. 87.

1449. χρηστοὶ λόγοι ſunt conſilia honeſta et vtilia: Τρέψαι πρὸς ἔργον νόμιμον conuertere, h. e. adducere ad negotia, legibus conuenientia, h. e. iuſta et decora. Hinc τρέπεσθαι (ſc. conuertere) πρός τι eſt ſuſcipere aliquid, vt Iſocr. Panath. p. 238. Lyſ. Orat. p. 24. Tayl. Theophr. Char. Prooem. τρέψομαι ἐπὶ τὸν λόγον.

1451. τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ nihil committam gente mea indignum. Ita Nub. 1222. οὐδέ ποτε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ. Eurip. Or. 1153. ἢ κατῄσχυνεν γένος; et ephebi Athenis iurare debebant οὐ καταισχυνῶ ὅπλα ap. Stob. S. 41. p. 243: Παππῷος ὁ βίος *auitum vitae genus, auita viuendi et victus comparandi ratio.* Ἀλλὰ *igitur, quare;* vt Plut. 539. Theſm. 605. Pac. 509. Ἐγκεκληκὼς Sch. non recte interpretatur ἔγκλημα κατ' αὐτῶν γραψάμενος βρεδυτῆτος, et ἐνθαδὶ, εἰς τὸ δικαστήριον. Nimirum καλέσασθαι eſt citare Athenas, ſed ἐγκαλεῖν accuſare, litem intendere. Thom. M. p. 261. ἐγκαλῶ, τὸ κατηγορῶ, vbi v. Interpp. Iſocr. Paneg. c. 10. et ἐνθαδὶ eſt hic, non huc, ἐν Ἀθήναις, nam opponitur inſulis; vnde apparet quoque, vanam eſſe Reiſkii coniecturam ἐκκεκληκώς. Nam hoc, quod exprimitur verbis ἐγκ. ἐ. fieri Athenis, docent etiam ſequentia πέτωμαι αὖ κεῖσε. Alterum κᾆτ' redundat, vt ſaepius in hac fabula. Sic et in αὖ πάλιν alterutrum omitti poterat, ſed iunguntur eo modo etiam

Plut.

Παππῷος ὁ βίος συκοφαντεῖν ἐςί μοι.
Ἀλλὰ πτέρυ με ταχέσι καὶ κϑφοις πτεροῖς
Ἱέρακος, ἢ κερχνῆδος, ὡς ἂν τὺς ξένυς
Καλεσάμενος, κᾆτ' ἐγκεκληκὼς ἐνθαδὶ,
Κᾆτ' αὖ πέτωμαι πάλιν ἐκεῖσε. Πει. μανθάνω.
Ὡδὶ λέγεις· ὅπως ἂν ὠφλήκῃ δίκην
Ἐνθάδε πρὶν ἥκειν ὁ ξένος. Συ. πάνυ μανθάνεις.
Πει. Κᾄπειτ' ὁ μὲν πλεῖ δεῦρο· σὺ δ' ἐκεῖσ' αὖ πέτει
Ἁρπασόμενος τὰ χρήματ' αὐτῦ. Συ. πάντ' ἔχεις.
Βέμβικος ὐδὲν διαφέρειν δεῖ. Πει. μανθάνω
Βέμβικα· καὶ μὴν ἔςι μοι νὴ τὸν Δία
Κάλλιςα Κερκυραῖα τοιαυτὶ πτερά.

Plut. 662. et in Nub. 971. eſt αὖ πάλιν αὖθις. ἐκεῖσε *illuc*, nempe in inſulas.

1456. Μανθάνω intelligo, vt Ran. 1491. et ſupra v. 1004. Ὡδὶ λέγεις ſic dicis, i. e. haec eſt ſententia tua, tu vis celeriter redire et eum Athenis accuſare (ἐγκαλεῖν) ὅπως κ. τ. λ. vt condemnetur, priuſquam huc venerit. Nam haec non cum verbis proxime praecedentibus, ſed cum v. 1455. cohaerent. Bene Schol.: τοιῦτόν τι θέλει λέγειν· ἵνα καλεσάμενός τινα εἰς δίκην, σὺ μὲν ὡς ἂν πετόμενος φθάσῃς πρὸ αὐτῦ· εἶτα καταδικάσας αὐτὸν ἐξ ἐρήμυ, πάλιν ἐπὶ τὰ αὐτῦ πέτῃ, ἐν ὅσῳ ἐκεῖνος πλέων, ἐνθάδε παραγίνεται. Idem ad ὠφλήκῃ adſcripſit ἀντὶ τῦ δικασθείη (recte Pierſ. ad Moer. emendat καταδικασθείη) πρὶν φθάσαι ἐν τῇ Ἀττικῇ. Formulae ὠφληκέναι δίκην et ὄφλειν δίκην leguntur et Nub. 34. Eccl. 651. Moeris: Ὤφειλε δίκην λέγυσιν, ἀντὶ τῦ ἡττήθη δίκην καὶ ἡττηθεὶς τὸ ἐκ τῆς καταδίκης ἐπιτίμιον ὤφειλεν. Vid. ibi Pierſ. p. 427. et Ruhnk. ad Tim. p. 146. Ἐνθάδε ad ἥκειν referendum, eſtque *Athenas*.

1459. ὁ μὲν π. δ. *dum* ille huc nauigat. Schol.: ἵνα, φησὶν, ἐκεῖσε ὢν, ὑπεύθυνος καὶ ἑτέρας (leg. ἐρήμης) δίκης γένηται ὑπὸ τῦ βράδυς, σῦ φθάσαντος αὐτὸν ἐνθάδε. Πάντ' ἔχεις *omnia tenes*, i. e. vides, intelligis. Sic Plat. Eutyphr. 3. ὅ τι περ ἔχω, quodcunque teneo, noui.

1461. β. ὐδὲν διαφέρειν. Εὔςροφον καὶ εὐκίνητον δεῖ εἶναι. ὁ δὲ βέμβιξ ἐργαλεῖόν ἐςιν, ὃ μάςιγι ςρέφυσιν οἱ παῖδες Sch. trochus, turbo. In Veſp. 1520 eſt βέμβικες ἐγγενέσθων fiant turbines. Scribitur et βέμβηξ. Sch. Veſp. 1508. Vid. omnino Intpp. Heſ. p. 719. T. I. h. v. et Schol. Aeſch. Prom. 886. Οὐδὲν διαφέρειν, h. e. non differre, diverſum eſſe.

1463. Κερκυραῖα πτερὰ intelligit μάςιγα, vt e ſeqq. apparet. Erat autem Κερκυραία μάςιξ flagellum admodum graue et duplex, vt intelligi etiam poteſt e verbis, quamuis confuſis et corruptis, Schol., melius

Συ. Οἴμοι τάλας, μάστιγ᾽ ἔχεις. Πει. πτερὼ μὲν ἄν,
Οἷσί σε ποιήσω τήμερον βεμβικιᾶν.
Συ. Οἴμοι τάλας. Πει. ὐ πτερυγιεῖς ἐντευθενί;
Οὐκ ἀπολιβάξεις, ὦ κάκις᾽ ἀπολύμενος;
Πικρὰν τάχ᾽ ὄψει στρεψοδικοπανυργίαν.
Ἀπίωμεν ἡμεῖς ξυλλαβόντες τὰ πτερά.
Χο. Πολλὰ δὴ καὶ καινὰ καὶ θαύ-

lius ex Heſ. qui ita: περιττήν τινα κατασκευὴν εἶχον αἱ Κερκυραῖαι μάστιγες. οἱ δὲ καὶ διπλᾶς αὐτὰς ἔφασαν εἶναι. εἶχον δὲ ἐλεφαντίνυς κώπας, καὶ τὰ μεγέθη περιτταὶ ἦσαν. Quia duplici loro conſtabat μάστιξ Κερκυραία, propterea mox dicit πτερὼ in Duali. τήμερον, i. e. σήμερον Tho. M. p. 845. Βεμβικιᾶν Sch. Veſp. 1508. vbi ſimili ſenſu βεμβηκίζειν legitur, interpretatur περιστρέφεσθαι, ſe turbinis modo circumagere. Πτερυγίζειν eſt proprie pullorum, qui tentant volare. v. Schol. Plut. 575. et ibidem Spanh. ac Heſych. h. v. Deinde iisdem auctoribus omnino de iis dicitur, qui aliquid conantur facere, quod perficere nequeunt. H. l. nonne mouebis alas, proſilies, h. e. ſtudebis auolare? Verbi ἀπολιβάξεις duplex eſt ap. Sch. interpretatio. Primum deducit a voc. λιβὰς, quae eſt ἡ σταγὼν, ἧς ὐδὲν ταχύτερον ἐν τῷ πίπτειν, ita vt verbum ſignificet proprie guttatim decidere, deinde celerrime, abire aufugere. Altera explicatio (ἢ, ὐκ ἐς κόρακας εἰς Λιβύην ἀποφθερῇ) nemini facile probabitur. Heſ. Ἀπολειβράξαι (ſed monuerunt iam VV. DD. legendum ἀπολιβάξαι), ἐκνοτίσαι. ἄλλοι πορρωτέρω ἀπελθεῖν. Cf. id. v. Λιβάξει, et Suid. V. Ἀπολιβάξεις et Οὐκ ἀπολιβάξεις.

1468. Schol. adnotauit aliam lectionem: Διχῶς (dupliciter, nempe γράφεται) στρυθοδικοπανυργίαν. ἀναχωρήσαντος δὲ αὐτῦ τῦτό φασι (leg. φησί). συνέθηκεν δὲ (nunc explicat vulgatam lectionem) τὴν λέξιν παρὰ τὸ στρεβλὸν ἦθος, καὶ συκοφαντικὸν, καὶ τὴν δίκην καὶ τὴν πανυργίαν. Eſt igitur ſtudium peruertendae calliditate iuſtitiae. Similia vocabula ex pluribus compoſita leguntur Veſp. 135. 220. πικρὰν, i. e. ingratam, moleſtam, vt Theſmoph. 860. πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ᾽ — ὦ κάκ. ἀπολύμενος pro Vocatiuo, vt ſupra 1175. εἰργασμένος. Similia iam ex Nub. 1171. et Aeſch. S. C. Th. 1415. laudauit Bergl.

1470. Ἡ στροφὴ αὕτη κώλων ἐστὶ τροχαϊκῶν καὶ ἰαμβικῶν ιβ´· καὶ ἡ ἀντιστροφὴ τοσύτων. καὶ ἰαμβικὰ μὲν δίμετρα τὰ ϛ´, ιβ´· τὰ δ᾽ ἄλλα τροχαϊκὰ, τὰ μὲν δίμετρα, τὰ δ᾽ Εὐριπίδεια. ἐπὶ τῷ τέλει τῆς μὲν στροφῆς παράγραφος, τῆς δὲ ἀντιστροφῆς κορωνίς.

1470. Πολλὰ δὴ καὶ — multa eaque — vt ſupra. Schol. Τὸ ἑξῆς· Ἔπτημεν εἰς πολλὰ, καὶ παράδοξα εἴδομεν, καὶ θαυμάσια. βύλεται δὲ κωμῳδῆσαί τινας. Pro ἐπεπτόμ. olim erat ἐπετόμεσθα, quod recte mutauit Kuſt. auctoritate cod. Vatic. Ἐπιπέτεσθαι eſt volare in locum vel ſuper eum. conf. ad v. 48. Mox καὶ ante

Μαϛ' ἐπεπτόμεσθα, καὶ
Δεινὰ πράγματ' εἴδομεν.
Ἔϛι γὰρ δένδρον πεφυκὸς
Ἔκτοπόν τι καρδίας
Ἀπωτέρω, Κλεώνυμος·
Χρήσιμον μὲν ȣ̓δὲν, ἄλ-
λως δὲ δειλὸν καὶ μέγα.
Τȣ̃το μὲν (γὰρ) ἦρος αἰεὶ
Βλαϛάνει, καὶ συκοφαντεῖ·

ante δεινὰ retuli ad verſum 1471. metro et antiſtropha docente. Δεινὰ πράγματα *res admodum mirae*. Sic δεινὸν κάλλος Xen. Cyrip. 5, 2, 3. mira pulchritudo.

1473. Hominem cum arbore comparauit iam Homerus (Il. N, 437.), qui locus non latuit Scholiaſten ad h. l. Ἀλλ' ὥϛε ϛήλην ἢ δένδρον ὑψιπέτηλον, Ἀτρέμας ἑϛηκότα κ. τ. λ. Sed alia cauſa imaginis adhibendae Homero fuit, alia noſtro poetae. Ille indicare vult hominem immotum, hic procerae ſtaturae virum (διὰ τὸ μακρὸν εἶναι Schol. vnde Veſp. 817. comparatur cum heroe, add. Acharn. 88.), et dixit etiam δένδρον, quia in arbores volare ibique conſidere ſolent aues (Schol. ἔπαιξε δὲ, ὡς ὀρνίθων πετομένων ἐπὶ τὰ δένδρα. Sic ſcribendum.) Ἔκτοπον eſt proprie, quod non ſuo loco exſtat, peregrinum (ξένος Heſ.) deinde, quicquid inuſitatum, admodum magnum eſt (v. Suid. et Toup. Op. Crit. p. 127.), et τι etiam h. l. vim augendi habet. ἐϛὶ πεφυκὸς pro πέφυκε; eſt. Cardia erat vrbs in iſthmo Cherſoneſi Thracicae ſita, cui a figura cordis nomen fuiſſe dicitur, v. Cellar. Not. Orb. p. 1304. T. I. Ven. Morus ad Xen. Hell. 1, 1, 7. itaque videtur de arbore loqui, ab illa vrbe longius remota (ἀπωτέρω, vt Nub. 769.) ſed intelligit animum, atque adeo indicat, Cleonymo animum (καρδίαν) defuiſſe, quia ſcilicet timidus erat, vt et ſequentia docent. ȣ̓δὲν pro ȣ̓, vt Nub. 538. vbi vid. Schol. ἄλλως δὲ caeterum vero, alioquin. Sic ἄλλως legitur Theocr. Id. 21, 34.

1478. Τȣ̃το μὲν γὰρ ἦρος. Τῷ γὰρ μȣνυχιῶνι μηνὶ τȣ̃ ἔαρος δικάζονται οἱ πρὸς τȣ̀ς ξένȣς. Ergo ſenſus eſt: *veris quidem tempore* (et domi pace fruens) *viget, atque peregrinos in ius vocat*. τȣ̃ χειμῶνος, h. e. remoto tropo, tempore belli. Manſit autem in metaphora, vnde mox dixit ἀσπίδας φυλλοῤῥοεῖ pro ἀποβάλλει ἀσπίδα *abiicit clypeum*. nam φυλλοῤῥοεῖν proprie dicuntur arbores, quando folia amittunt (Poll. 1, 231. 2, 26.), et ἀσπίδας dixit pro ἀσπίδα, quia arbores *plura* folia amittunt. Cleonymus vero aliquando abiecto clypeo fugit. v. ad v. 291. et Nub. 352. Metri autem cauſa inſerui poſt μὲν particulam γάρ.

Τῦ δὲ χειμῶνος πάλιν
Τὰς ἀσπίδας φυλλοῤῥοεῖ.
Ἔςι δ' αὖ χώρα πρὸς αὐτῷ   Ἀντιςροφή.
Τῷ σκότῳ πόῤῥω τὶς ἐν
Τῇ λύχνων ἐρημίᾳ·
Ἔνθα τοῖς ἥρωσιν ἄνθρω-
ποι συναριςῶσι, καὶ
Ξύνεισι, πλὴν τῆς ἑσπέρας.
Τηνικαῦτα δ' ὐκέτ' ἦν
Ἀσφαλὲς ξυντυγχάνειν.
Εἰ γὰρ ἐντύχῃ τὶς ἥρῳ

1483. πρὸς h. l. apud, prope, et ὁ σκότος dicebatur Atticis, quod reliquis Graecis τὸ σκότος. vid. Tho. Mag. p. 800. Sallier. et Pierſ. ad Moer. p. 355. Valck. ad Eur. Phoen. 388. Τὶς cum χώρα iungendum. λύχνων ἐρημία. Schol., cuius nota in ed. Kuſt. male ad v. 1487. relata eſt, ἐν τῇ σκοτίᾳ. πέπαικται δὲ, ἀπὸ τῦ Σκυθῶν ἐρημία. χαριέντως δὲ τῦτο, ὅτι σκότυς Ὀρέςης ὁ Τιμοκράτυς λωποδυτεῖ τὺς προστυγχάνοντας. τὰς νύκτας γὰρ μόνας ἐλῄςευεν Ὀρέςης. Σκυθῶν ἐρημία dicebatur de loco deſerto, ſolitudine; et petitum erat prouerbium a fuga Scytharum ex Aſia. Heſ. Σκυθῶν ἐρημία. παροιμία, ἀπὸ τῶν φυγόντων ἐξ Ἐφέσυ Σκυθῶν διαδοθεῖσα. φοβηθέντες γὰρ καὶ ταραχθέντες κατὰ γνώμην ἀπῆλθον. τίθεται τοίνυν ἐπὶ τῶν ἐρημυμένων ὑπό τινων. add. Noſt. Acharn. 704. ibique Interpp. H. l. λύχνων ἐρημία locus carens luminibus. Comparat autem poeta hunc hominem cum heroibus propter nomen, quia Oreſtes erat vnus ex antiquis illis heroibus. Similis ambiguitas eſt Acharn. 1166. Συναριςᾷν vna prandere. Τηνικαῦτα *tum*, eo tempore, vt Pac. 1171. et Lucian. T. I. p. 837. τηνικαῦτα τῦ ἔτυς. συντυγχάνειν et ἐντυγχάνειν idem valent, *occurrere alicui.*

1490. ἥρω ſine iota ſcribi iuſſit Pierſ. ad Moer p. 177. Saltem metrum volebat, ἥρωϊ pro diſyllabo accipi, quod iam monuit Bergl. Sed ipſe Moeris auctor eſt: Ἥρω χωρὶς τῦ ι, Ἀττικῶς dici, vt Hom. Od. θ'. 483. quem laudat. Malim tamen ἥρῳ ſcribi, vt diſtinguatur ab ἥρω, h. e. ἥρωα, Tho. M. p. 424. Γυμνὸς nudus, i. e. ſpoliatus ab eo veſtibus ſuperioribus (v. ad v. 713.) Heroes nempe dicebantur iis moleſti eſſe, qui ipſis noctu occurrerent, inprimisque iis apoplexiam immittere; hinc intelliguntur ſequentia: πληγεὶς κ. τ. λ. quae quaſi dicta ſunt pro ἀπόπληκτος γενόμενος — Structura autem verborum eſt: Εἰ γάρ τις βροτῶν νύκτωρ ἐντύχοι ἥρωϊ Ὀρέςῃ, Γυμνὸς ἦν πληγεὶς (h. e. ἐπλήττετο) ὑπ' αὐτῦ (κατὰ) π. τἀπιδέξια. v. Schol. h. l. Pro τὰ

Τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέςῃ
Γυμνὸς ἦν πληγεὶς ὑπ' αὐ-
Τῦ πάντα τἀπιδέξια.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ.

Πρ. Οἴμοι τάλας γ', ὁ Ζεὺς ὅπως μή μ' ὄψεται.
Πῦ Πεισθέταιρός ἐςιν; Πει. ἔα τυτὶ τί ἦν;
Τίς ὁ συγκαλυμμός; Πρ. τῶν θεῶν ὁρᾷς τινα
Ἐμῦ κατόπιν ἐνταῦθα; Πει. μὰ τὸν Δί' ἐγὼ μὲν ὔ.
Τίς δ' εἶ σύ; Πρ. πηνίκ' ἐςιν ἄρα τῆς ἡμέρας;
Πει. Ὁπηνίκα; σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν.

'πιδέξια ſcripſi τἀπιδέξια, vt prima huius voc. ſyllaba produceretur, vt ſupra v. 1307. in τᾶνυ. Ad τὰ ἐπιδέξια Schol. addidit: Ὀφθαλμὺς, κεφαλήν. οἷον τὰ δεξιὰ τῆς φύσεως. ἐπλήττοντο γὰρ οἱ συντυγχάνοντες αὐτῷ. ἅμα δὲ, ἐπεὶ οἱ ἐντυγχάνοντες νυκτὸς ἥρωσι διέςρεφον τὰς ὄψεις. Nam ἐπιδέξια ſunt optimae, pulcherrimae corporis partes. Heſ. Ἐπιδέξιος· καλὸς, εὔμορφος.

1494. Κορωνὶς εἰσιόντων αὖθις τῶν ὑποκριτῶν. οἱ δὲ ςίχοι ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι νή· τὸ μέντοι ιζ, κῶλον ἐςὶν ἰαμβικὸν μονόμετρον ἀκατάληκτον. ἐπὶ ταῖς ἀποθέσεσι παράγραφος. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει κορωνίς.

1494. Prometheus venit proditurus conſilia Iouis, de pace cum auibus ineunda, capta; ſed ne conſpici poſſet, texerat ſe inuolucris (ἦν συγκεκαλυμμένος Schol.); qua ipſa re ridetur Iouis religio. Pro ὁ συγκαλυμμὸς Daweſius in Miſc. Crit. legi iubet ὀυγκαλυμμὸς, i. e. ὁ ἐγκαλυμμὸς — etiam in Plut. 707. pro συνεκαλυψάμην Daweſius M. Cr. p. 209. corrigit ἐνεκαλυψάμην. Iam vt hanc poſteriorem emendationem probauit Dorv. ad Char. p. 274. ſ., ita priorem improbat, et recte ſe h. l. habere συγκαλυμμὸς cenſet, quum etiam Xenophon et alii hoc vocabulo de tegumento vſi ſint.

1498. πηνίκ' ἐςὶν ἄρα τ. ἡ. ἀντὶ τῦ, ποία ἐςὶν ὥρα τῆς ἡμέρας. Schol. Valet enim *qua hora.* Thom. Mag. p. 713. πηνίκα μὴ εἴπῃς ἐπὶ χρόνυ. ἔςι γὰρ ὥρας δηλωτικόν. v. ibi Intpp. Contraria ſtatuit Hindenb. ad Xen. Mem. p. 175. in cuius editione (forte Geneuenſi) lectum fuit ὥρα pro ἄρα. Ab illo non differt ὀπηνίκα. Βυλυτὸς tempus ſub occaſum ſolis, quo ſolui ſolent boues. v. Hom. Il. π'. 779. Odyſſ. ι'. 58. Biſetus et Bergl. ad h. l. Apollon. Lex. Hom. et Alb. ad Heſych. Περαιτέρω aliquando vltra illud tempus. Βδελύττομαι abominor, execror, odi te (ſic ἐβδελύττετο Plut. 700. Sch. explicat ἐμίσει, add. Eqq. 251. 1285. Ach. 586. 599. 1131.), nempe quia bis interrogatus de nomine non reſponderat. ποιεῖν Iupiter dicebatur tempeſtatem, ergo τί ποιεῖ ὁ Ζεὺς valet: *quaenam eſt tempeſtas?* vid. Veſp. 261. et Kuſt. ad h. l.

1502. Ἀπαι.

Ἀλλὰ σὺ τίς εἶ; Πρ. βυλυτὸς, ἢ περαιτέρω;

Πει. Οἴμ' ὡς βδελύττομαί σε; Πρ. τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;

Ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας, ἢ ξυννεφεῖ;

Πει. Οἴμωζε μεγάλ'. Πρ. ὕτω μὲν ἐκκαλύψομαι.

Πει. Ὦ φίλε Προμηθεῦ. Πρ. παῦε, παῦε, μὴ βόα.

Πει. Τί γάρ ἐςι; Πρ. σίγα, μὴ κάλει μυ τὔνομα.

Ἀπὸ γὰρ ὀλέσει, εἴ μ' ἐνθάδ' ὁ Ζεὺς ὄψεται.

Ἀλλ' ἵνα φράσω σοι πάντα τἄνω πράγματα,

Τυτὶ λαβὼν μυ τὸ σκιάδειον ὑπέρεχε

Ἄνωθεν, ὡς ἂν μή μ' ὁρῶσιν οἱ θεοί.

Πει. Ἰυ, ἰύ. Εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς.

Ὑπόδυθι ταχὺ δὴ, κᾆτα θαῤῥήσας λέγε.

Πρ. Ἄκυε δὴ νῦν. Πει. ὡς ἀκύοντος λέγε.

Πρ. Ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς. Πει. πηνίκ' ἄττ' ἀπώλετο;

1502. Ἀπαιθριάζει (male in Schol. ſcribitur ὑπαιθρ.) σκορπίζει (nempe νεφέλας), εὐδίαν ἄγει. Συννεφεῖ δὲ, συνάγει τὰ νέφη. ὐχ ὁρᾷ γὰρ αὐτὸν νεφελῶν ὄντων. Schol. Sic et ap. Ariſtot. Probl. ſ. 27. αἴθρια et ἐπινέφελα opponuntur. Οὕτω μ. ἐ. Haec Comice dicit, (ὕτω haec cum ita ſint) quaſi Piſthet. affirmaſſet, coelum eſſe nubilum, quum tamen ille dixerit: *male pereas* (οἴμωζε μεγάλ'.) ἐκκαλύψομαι me expediam ex inuolucris. Sic ἐκκαλύπτειν κρᾶτα Eur. Suppl. 111.

1506. Vnius cod. Vat. auctoritate Kuſter. recepit ἀπὸ γὰρ ὀλέσει, quod referatur ad Iovem, pro vulgato ὀλέσεις, quod praefero, quia rectius haec ad Piſthetaerum dici puto. Accedit, quod tum diphthongorum concurſus orationem ipſam redditurus eſſet parum ſuauem. Eſt autem hic tmeſis (pro ἀπολέσεις) etiam Atticis poetis vſitata, vt Nub. 1443. v. Villoiſ. ad Long. Paſt. p. 186. φράσω dicere poſſim. Ea eſt h. l. Futuri vis. v. Abreſch. Dil. Th. p. 374.

1508. Σκιάδειον. Κατασκεύασμά (leg. haud dubie κατασκέπασμα *tegumentum*, v. Schol. Eqq. 1345.) τι, ὅπερ ἔχυσιν αἱ Κανηφόροι ἀπιῦσαι εἰς τὰ Ἐλευσίνια ὑπὲρ τῦ μὴ καίεσθαι ὑπὸ τῦ ἡλίυ. Cf. Theſm. 830. 836. Eſt igitur *vmbella* (*Paraſol*). Vid. P. M. Paciaudi σκιαδοφόρημα ſ. de vmbellae geſtatione commentarius, Rom. 1753. editus: μυ referendum ad ὑπέρεχε *tene ſuper me*. Heſ. Ὑπερέχει — ὑπεράνω ἔχει. Sic Eqq. 1171. ὑπερέχει συ χύτραν, et ſaepius ap. Hom. ὑπερέχειν ita dicitur. Προμηθικῶς ducitur a προμηθὴς, atque adeo valet provide, ſed ſimul ad Promethei nomen alludit. ὑπόδυθι *ſubi* eam, vt Plut. 735. ὑπέδυνθ', vbi v. Schol. Mox poſt ἀκύοντος ſubintelligendum ἐμῦ.

1513. Ὅτι ὐκ Ἀττικὸν τὸ,

πηνίκ'

Πει. Ἐξ ὗπερ ὑμεῖς ᾠκίσατε τὸν ἀέρα·
Θύει γὰρ ὐδεὶς ὐδὲν ἀνθρώπων ἔτι
Θεοῖσιν· ὐδὲ κνίσσα μηρίων ἄπο
Ἀνῆλθεν ὡς ἡμᾶς ἀπ᾽ ἐκείνυ τῦ χρόνυ·
Ἀλλ᾽ ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηςεύομεν
Ἄνευ θυηλῶν· οἱ δὲ βάρβαροι θεοὶ,
Πεινῶντες ὥσπερ Ἰλλυριοὶ, κεκριγότες

πηνίκ᾽ ἄττ᾽ ἀπώλετο, ὐδὲ ἀρχαϊκόν, ὐδὲ ἀκριβές. ἔϛι δὲ ἀντὶ τῦ πότε δῆτα. (ex alio hand dubie Schol. ſunt ſequentia) παρέλκει γὰρ ἄττα νῦν. ἀλόγως γὰρ κεῖται. ὔτε γὰρ τὸ τινὰ σημαίνει, ὔτε τὸ ἄτινα. (Nam ἄττα eſt ἄτινα, ἄττα, τινά. v. Thom. Mag. et Koen. ad Greg. Cor. pag. 3.) ὐδὲν γὰρ τύτων ἁρμόζει τῷ πηνίκα. Schol. His verbis Schol. motus Toupius Em. in Suid. T. III. p. 5. emendabat πηνικᾆττα, i. e. πηνίκ᾽ εἶτα. Daweſius M. Crit. p. 301. ſ. item negat πηνίκ᾽ ἄττ᾽ proficiſci ab Ariſt. potuiſſe. Igitur legi vult Πηνίκα δῆτ᾽ vel πην. δήποτ᾽, vel potius πηνικαττ᾽, nam πηνικάττε dici poſſe pro πηνίκα ποτέ. Iam vero Scholiaſtae, etſi formam loquendi iſtam improbant, tamen non aliter legerunt, et Ariſt. etiam alio loco ita τῷ πηνίκ᾽ ἄττ᾽ pro π. ποτε vſus eſt. Laudarunt verba Ariſtoph. Harpocration V. Ἄττα et Euſtath. ap. Kuſterum: Πόθεν, χελιδὼν πηνίκ᾽ ἄττα φαίνεται. Itaque hanc potius inter dictiones Noſtro proprias referrem, quam emendarem. Sic etiam cenſuit Hemſterh. ad Tho. M. p. 122.

1516. κνίσσα μηρίων ἄπο — forma eſt Homerica, Il. 1, 317. Κνίσση δ᾽ ὐρανὸν ἧκεν pinguis fumus, nidor — Sic κνίσσα Noſt. Pac. 1050. μηρία autem, femora, imponebantur aris comburenda. v. Kuhn. ad Poll. 1, 27. ὡς ἡμᾶς *ad nos*, vt Plut. 32. 89.

1518. Theſmophoriis ſolebant per vnum, medium feſti, diem, h. e. tertium, ieiunare. Hinc etiam in Noſt. Theſm. 958. eſuriunt, vt h. l., non quidem ex religione, ſed quia nihil eſt, quod edant. Ille ipſe dies dicebatur Νηςεία. v. Athen. l. 7, c. 16. p. 307. ſ. Heſ. V. Τρίτη et eius Intpp. Spanhem. ad Callim. Cer. 7. p. 749. 12: pag. 757. Meurſ. Graec. Fer. p. 791. ſſ. T. VII. Gronov. Theſ. Ant. Gr. Kuſt. ad Theſm. 86. et Bergl. ad h. l. Θυηλαὶ ſunt non tantum primitiae victimarum (Hom. Il. ί. 220.) aut extiſpicia, ſed et ipſae victimae, quae diis immolantur. Arcadius Grammat. ap. Alb. ad Heſ. Θυηλή· ἡ θυσία. Simile vocabulum θυλήματα in Noſt. Pac. 1040. indicat τὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθυόμενα ἄλφιτα.

1520. Graeciae ſitum transfert poeta h. l. ad ſedes deorum, et fingit eſſe barbaros deos, (h. e. peregrinos, non ad ciuitatem Deorum pertinentes proprie) vt erant barbari (h. e. non Graeci, nam omnes, qui non erant Graeci, dicebantur βάρβαροι. v. Ran. 736.) Illyrii. Schol.: Δίδυμος, ὥσπερ βάρβαροι. ἀνέπλασε δέ τι γένος

Θεῶν

Ἐπιϛρατεύσειν φασ' ἄνωθεν τῷ Διΐ,
Εἰ μὴ παρέξει τὰ 'μπόρι' ἀνεωγμένα,
Ἵν' εἰσάγοιντο σπλάγχνα κατατετμημένα.
Πει. Εἰσὶν γὰρ ἕτεροι βάρβαροι θεοί τινες
Ἄνωθεν ὑμῶν; Πρ. ἐ γάρ εἰσι βάρβαροι,
Ὅθεν ὁ πατρῷός ἐϛιν Ἐξηκεϛίδης;

θεῶν βαρβάρων Τριβαλλῶν ἀνώτατον, οἷον ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων βάρβαρα ἔθνη ποῤῥωτάτω καθεϛήκασι. περὶ δὲ Θρᾴκην εἰσὶν οἱ Ἰλλυριοί. τινὲς δὲ Περσίδος φασὶν αὐτὲς· οἳ γεωργεῖν μὲν ὐκ ἔχυσι γῆν· λῃϛεύοντες δὲ τρέφονται. τὸ δὲ κεκριγότες μίμησίς ἐϛιν ὐκ εἰς τὸν ἦχον, ἀλλ' εἰς τὴν ἀσάφειαν τῶν βαρβαρικῶν διαλέκτων. — — κρίγη γὰρ ὁ τῶν ἀποθνησκόντων (interfectorum) τρισμὸς τοῖς ὀδῦσι γενόμενος. ἀνωτέρω δέ φησιν αὐτὲς οἰκεῖν, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἀνωτέρω (remotius a mari) οἰκῦσι καὶ ποῤῥωτέρω οἱ βάρβαροι. Pro κεκριγότες Kuſter. ex cod. Vat. malebat κεκραγότες. Haud ſcio, an barbarorum vox rectius exprimatur per κρίζειν, quod eſt etiam auium. Sed barbarorum lingua comparari ſolet cum auium voce. Herodotus l. 2, c. 57. ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. Accedit, quod κεκριγότες ſit exquiſitius verbum, et ipſe Heſ. κεκριγότα (ita enim leg. pro Κεκρηγότα, conf. V. Κρίζειν) explicet κεκραγότα. Temere Reiſk. corrigit κ' (i. e. καὶ) ἀεργότες. Ἄνωθεν ex ſuperioribus locis. Sed v. 1525. ἄνωθεν eſt pro ἄνω. Ἐπιϛρατεύσειν, h. e. πολεμεῖν πρὸς τὸν Δία expeditionem ſuſcipere contra Iouem. Ita ἐπιϛρατεύεσθαι Veſp. II. 1119. Varia autem ſtructura adhibetur ἐπιϛρατεύειν, et cum Datiuo et cum Accuſ. v. Ducker. ad Thuc. pag. 272. Abreſch. Dil. Thuc. p. 82. et 429. τὰ ἐμπόρια ἀνεωγμένα. Quia ſcilicet iam bellum inter deos et aues erat, et hae clauſiſſe fingebantur aerem, vt belli tempore clauduntur emporia. v. Bergl., qui ſimillimum Demoſth. laudat locum. Bene Schol. ἐμπόρια explicat διόδευ τῶν ἐμπορίων tranſitum mercium. Nam proprie ἐμπόριον eſt locus, vbi mercatores merces exponunt, ſtationes nauium, portus, fora. Vid. omnino Mazoch. ad Tabb. Heracl. T. I. p. 37. ſed h. l. loca, per quae merces tranſeunt. παρέξει h. e. efficiet, vt aperiantur; vt ap. Aeſch. S. 3, 16. παρέχειν γνῶσιν τῶν λυπησόντων efficere, vt quis ſentiat incommoda. Εἰσάγοιντο introducere poſſint.

1526. ὅθεν ἐϛὶν e quorum numero eſt. ὁ πατρῷος Ἐξηκεϛίδης. Debebat proprie dici πατρῷος Ἀπόλλων, qui colebatur ab Athenienſibus, v. Sch., ſed quia Execeſtides, barbarus homo, volebat videri ciuis (v. II. 766.), propterea eum nominauit, loco Apollinis. Is dicebatur πατρῷος, vtpote pater Ionis, qui erat Athenienſium gentis auctor. v. Schol. Nub. 1470. ibidemque Spanh. In eius templum introducere ſolebant, qui ciuibus adſcriberentur. v. Hemſt. ad Pollux. 8, 85, p. 902. Colebantur vero

Πει. Ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις
Τί ἐστιν; Πρ. ὅ,τι ἐστι; Τριβαλλοί. Πει. μανθάνω.
Ἐντεῦθεν ἆρα τἀπιτριβείης ἐγένετο.
Πρ. Μάλιστα πάντων. ἓν δέ σοι λέγω σαφές·
Ἥξουσι πρέσβεις δεῦρο περὶ διαλλαγῶν
Παρὰ τοῦ Διὸς, καὶ τῶν Τριβαλλῶν τῶν ἄνω.
Ὑμεῖς δὲ μὴ σπένδησθ', ἐὰν μὴ παραδιδῷ

Graecis et alii θεοὶ πατρῷοι. v. Periz. ad Ael. V. H. 3, 22, 4.

1529. ἆρα pro ἄρα ſcripſi metri cauſa. Ἐπιτρίβεσθαι eſt proprie verberibus affici, Nub. 1379. 1409. cf. Tho. M. p. 359. tum *perdi*, vt Plut. 351. Eccleſ. 1060. Hinc ἐπιτριβείης *pereas*; quod inepte et prorſus plebis more dicit ortum eſſe ex Τριβαλλὸς propter ſimilitudinem ſoni. Triballi in Moeſia habitarunt. vid. Thucyd. 2, 96. 4, 101. ſed habuit hoc voc. etiam vim quandam Comicam, quae et h. l. forte ſpectatur, Heſ. Τρίβαλλοι, συκοφάνται. οἱ δὲ τοὺς θωπευτικοὺς ἐν τοῖς βαλανείοις διατρίβοντας, καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἑαυτοὺς καλοῦντας. V. ibi Alb. Σαφὲς pro σαφῶς (Plut. 40.) h. e. plane, perſpicue. περὶ διαλλαγῶν de pace tecum acturi. Sic Veſp. 470. Εἰς λόγους ἔλθωμεν καὶ διαλλαγὰς (ſcil. omittitur τῆς ἔχθρας.)

1533. σπένδησθ' *pacem ineatis*, quod dicitur σπονδὰς ποιεῖσθαι, v. 1598. Ach. 167. Ipſum σπένδεσθαι ita legitur Ach. 303. 727. Eur. Phoen. 1246. Xen. Exp. Cyr. 1, 9, 5. ſed proprio ſenſu Nub. 425. *libare*. Quia vero in foederibus pangendis libabant, propterea valet paciſci. Βασιλείαν. Σωματοποιεῖ τὴν Βασιλείαν, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ὡς γυναῖκα. Schol. Alii apud eum intelligunt ἀθανασίαν, ſed prior ratio verior eſt. ἔχειν *habendam*, ducendam. Pro vulgato κεραμεύει Kuſt. e cod. Vat. recepit ταμιεύει. Nam κεραμεύειν eſt opus figlinum facere, quod non conuenire ſceptro Iouis videtur, deinde etiam v. 1541. eſt ταμιεύει. Tamen κεραμεύει magis placet. Nam eſt Comico ingenio h. l. aptius verbum κεραμεύει κεραυνὸν, et ταμιεύει in cod. Vat. videtur ex illo ipſo v. 1541. petitum eſſe. Ταμιεύειν autem eſt aliquid reconditum ſeruare et diſpenſare. V. Heſ. V. Ταμιεύεται cum Alb. Pro τἄλλα ſcripſi τἄλλ'. Εὐβουλία eſt eodem Heſ. auctore, φρόνησις, σύνεσις. Εὐνομία etiam ap. Xen. Hellen. 4, 4, 6. dicitur auctoritas legum. Λοιδορίαν offendit Reiſkium, igitur coniicit τὴν ναυστολίαν. Non vidit Vir doctiſſ. eſſe Comice dictum, et petitam vocem ex Athenienſium moribus, atque ita ad Iouem translatam. Τὸν Κωλακρέτην. τὸν ταμίαν τῶν πολιτικῶν χρημάτων (pecuniae publicae) Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς τούτους ταμίας εἶναί φησι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. οὐ μόνον δὲ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ὥς φησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο· ὡς Ἀνδροτίων γράφει οὕτως· Τοῖς δὲ ἰοῦσι Πυθῶδε θεωροῖς τοὺς Κωλακρέτας διδόναι ἐκ τῶν ναυκληρικῶν ἐφόδιον ἀργύρια, καὶ εἰς ἄλλο, ὅ τι ἂν δέῃ

Τὸ σκῆπτρον ὁ Ζεὺς τοῖσιν ὄρνισιν πάλιν,
Καὶ τὴν Βασιλείαν σοι γυναῖκ' ἔχειν διδῷ.
Πει. Τίς ἐϛιν ἡ Βασιλεία; Πρ. καλλίϛη κόρη,
Ἥπερ ταμιεύει τὸν κεραυνὸν τȣ̃ Διὸς,
Καὶ τἆλλ' ἁπαξάπαντα, τὴν εὐβȣλίαν,
Τὴν εὐνομίαν, τὴν σωφροσύνην, τὰ νεώρια,
Τὴν λοιδορίαν, τὸν κωλακρέτην, τὰ τριώβολα.
Πει. Ἅπαντά γ' ἆρ' αὐτῷ ταμιεύει; Πρ. Φημ' ἐγώ.
Ἣν γ' ἢν σὺ παρ' ἐκείνȣ λάβῃς, ἅπαντ' ἔχεις.
Τȣ́των ἕνεκα δεῦρ' ἦλθον, ἵνα φράσαιμί σοι·
Αἰεί ποτ' ἀνθρώποις γὰρ εὔνȣς εἰμ' ἐγώ.
Πει. Μόνον θεῶν γὰρ διά σ' ἀπανθρακίζομεν.
Πρ. Μισῶ δ' ἅπαντας τȣ̀ς θεȣ̀ς, ὡς οἶσθά συ.

δέῃ ἀναλῶσαι. ταμίαι δὲ ἦσαν καὶ προεϛῶτες τῆς δημοσίας σιτήσεως. Schol. Breuius Timaeus Gloſſ. Plat.: Κωλακρέται· οἱ ταμίαι τȣ̃ δικαϛικȣ̃ μισθȣ̃ καὶ τῶν εἰς θεȣ̀ς ἀναλωμάτων, vbi omnino cf. Nota Ruhnk. et Interpp. Heſ. Idem Sch. recte monuit etiam h. l. plura ab Athenienſibus translata eſſe ad deos, vt τριώβολα, quae erat merces iudicum, vnde et h. l. poſt κωλακρέτην, diſpenſatorem huius mercedis, aerarium, commemoratur. v. Pollux 8, 20.

1541. Pro γ' ἆρ' malim γὰρ, quod et antea in interrogatione adhibebatur. v. Raphel. ad Matth. 27, 2.

1543. Τȣ́των ἕνεκα explicatur ſequentibus, ἵνα φράσαιμί σοι, vt haec tibi dicere poſſem, veni. Prometheo vero etiam in Aeſch. Prom. pr. tribuitur φιλάνθρωπος τρόπος (v. ibi Schol.) quia hominibus commoda attulit. Iam quiuis expectaſſet, commemorari magna commoda, ſed more Comicorum nominat leuiſſima, ſed plebi grata.

